

83 L 1215



Halbes Papp. No. 7. Contenta 21.

A 36

- Sanctoz partū. Auzca dicta.
- Ezuditiones christianae religionis vales 7 nōtie
- Dialogy M. Alphonsy Ruy. A purgatorio. hñng 5. Johes vna
- 2 to. Co meriti maig. hñng 5. pper l'patient' feret ad ya. 11
- Collectanea Adagioz vcluz Eras. Rotradami
- familiarium Colloquiorū formule 7 alia quaedam eys Eras. Ro.
- De duplici copia Verboz ac rerū eys Eras. Ro. iuxta Ep̄ta 2
- Querela pacis vndiqz genū pfligū 7 vicia. eys Eras. Ro.
- De eadē parte her. duschy. Ac lyrica. demonstrata loca
- sibi inuisa. cui lre duplicant 2
- Defensio Jo. pepi vrm. cōn obscurorū virorū vptor
- Lamētatos obscurorū virorū orth. Graty
- Quolfi. vntopy Carmina. Christianis Institutoy 2
- Texty doctrinal. Alex. p her. Tōctmū cōrecty.
- Ezudoniō religiosi cōiuzatio. spūs *de purgatorio*

Scipt. lat recent. in Quarto. No. 11
Kurzer beschluß der zehen

gebott. Spricht Christus selber.

¶ Was yhr wöllet/das euch die menschen thun sollen/das
selb thut yhr yhn auch/das ist das ganz gesetz vnd all prophe
ten. Matt. vii. Dan niemant will vndancf leyden vor seyn wol
that/oder seynen namen eym andern lassen. Niemandt will
hoffart gegen ym ertzeyget haben. Niemandt will vngheorsam
zorn/vnkeuscheyt seyns weybs/beraubung seynes gütter/liegen/
kriegen/a fstereden leyden/sondern lieb vñ freundschaft/dancf
vnd hulff/warheit vnd trew erfinden von seynen nechsten/das
gebieten aber alles die zehen gebott.

A iij

2 N. 27.



part. quarta.

D. ERASMI ROTERODA-
mi liber bellissimus, cui titulū prætulit, **Quere**
la pacis undiq; gentium eiectæ
profligatæq;.

EIVSDEM DECLAMATIO
de morte, in genere consolatorio.

HERMANNI BVSCHII PA-
siphili *εγκώμιον* pacis, ad clarissimū uirū D.
Martinū Oed Kempesem, archiepi
Coloniensis officialem.

EIVSDEM ODE LYRICA,
quæ mōstrat omnem locum sibi inuisum, cui
lra displiceant, & si alijs uoluptati-
bus maxime sit insignis,
ac amœnus.

J. Philol. Rec. N. 2.

21. 0
CLARISSIMO PRAESVLI TRAIEN-
tensi Philippo, Erasmus Roterodamus, S. D.



RATVLARER TIBI PHILIP-
pe praesul, non minus vitae ornamentis, quam
summorū ducum imaginibus clarissime, quod
tanti muneris honore sis auctus, ni comper-
tum haberem, quam inuitus susceperis, quāque
grauate optimi maximique principis Caroli
auctoritate fueris adactus, cuius alioqui charitati nihil non
eras daturus, Atque haec ipsa res spem nobis certissimam facit
fore, vt cum laude perfungaris suscepto, quandoquidem Pla-
to vir exquisitissimi, planeque diuini iudicij, non alios existimat
ad rempublicam gerendam idoneos, quam eos qui huc nolentes
pertrahunt. Auget autem nostrā de te fiduciam, quoties in me-
tem venit, & cui tu succedas fratri, & quo patre litis ambo per-
fecti. Nam Dauid vir eruditus iuxta ac prudens, per multis an-
nis sic locum istum tenuit, vt suis ornamentis, plurimum splen-
doris ac dignitatis addiderit ipsi muneri, per se licet amplissi-
mo. Multis modis magnus ac suspiciendus, sed in hoc praeci-
pue salutaris reipublicae, quod nihil ducebat antiquius sibi,
pace publica, hac quoque in parte patrem Philippum Burgun-
diae ducem referens, viri nulla non re maximum, sed tamē pa-
cis artibus, cum primis insignem, & aeternae hominum memo-
riae commendatum, Qui tibi hoc etiam impensius erit expri-
mendus, non tantum vt filius patri, sed vt Philippus Philip-
po respondeas. Intelligit iam dudum tua prudentia, quid abs-
te populus vniuersus expectet, Triplex onus humeris susti-
nes, patris exemplum ac fratris, tum horum temporum fata, (quid
enim aliud dicam?) nescio quomodo ad bellum pertrahentia.
Vidimus ipsi nuper, vt quidam amicis quam hostibus graui-
ores, nihil intentatum reliquerint, ne bellorum aliquando finis
esset, rursus vt vix expresserint alij, qui reipublicae principique ex
animo bene volunt, vt pacem cum Francis semper optandā,
hisce quoque temporibus etiam necessariam amplecteremur. Cuius
sane rei indignitas mouit animū meum, vt tum pacis vndique
profligatae querimoniam scriberem, quo nimirum hac ratione, iu-
stissimum animi mei dolorem, vel vlciscerer, vel lenirem. Li-
bellū ad te, ceu primitiolas nouo episcopo debitas, mitto, quo dili-
gentius tueatur tua celsitudo pacem vt cunquam partam, si non pa-
suar eam obliuisci quanto negotio nobis constitit. Bñ vale,

QVERELA PACIS VNDIQVE

gentium eiectæ profligatæq;, auctore D.

Erasmo Roterodamo,



I ME LICET IM-
merentem suo tamen commo-
do sic auersarentur, eijcerent p-
fligarentq; mortales, meam mo-
do iniuriam & illorum iniquita-
tem deplorarem, nunc cum me
profligatam protinus fontē oīs

humanæ foelicitatis ipsi a semet arceant, omniumq; cala-
mitatum pelagus sibi accersant, magis illorum mihi de-
flenda est infœlicitas, quam mea iniuria, & quibus irasci
tantum maluissem, horum dolere uicem, hos commiserari
compellor. Nam utcunq; amantem ab se propellere,
inhumanum est, bene merentem auersari ingratum, pa-
rentem ac seruatricem omnium affligere, impium. Cæ-
terum tot egregias commoditates, quas mecum adfero,
sibi metipsis inuidere, proq; his ultro tam tetram malorū
omnium lernam accersere. An non hoc extremæ cuius-
dam dementiæ uidetur? Sceleratis irasci par est, at sic fu-
rijs actos, quid aliud q̄ deflere possumus? Qui non alio
sane nomine magis deflendi sunt, q̄ quod ipsi sese non
deflent, nec alio magis infœlices, q̄ quod infœlicitatem
suam nō sentiunt. Qñ nonnullus gradus est ad sanitatē,
morbi sui magnitudinē agnoscere. Eteñ si ego Pax illa
diuorum simul & hoīm uoce laudata, fons, parēs, altrix,

A ij

21. 0

ampliatrix, tutatrix, rerū bonarum oīm, quas uel cœlum
habet, uel terra. Si sine me nihil usq̄ florens, nihil tutum,
nihil purū, aut sanctum, nihil aut iucundum hoībus, aut
gratum superis. Si contra hæc omnia, bellum semel oīm
malorū quicquid usq̄ est in rerū natura oceanus quidā,
si huius uitio subito marcescunt florentia, dilabunt̄ au-
cta, labascunt fulta, pereunt bñ condita, amarescunt dul-
cia, deniq̄ si res est adeo non sancta, ut omnis pietatis ac
religiōis sit maxie præsentanea pestis. Si nihil hoc uno
infortūcius hoībus, nihil inuisius superis. Quæso per De-
um immortalem, quis credat istos homines esse, q̄s cre-
dat ullam sanæ mentis micam inesse, qui me talem, tan-
tis impendijs, tantis studijs, tãto molimine, tot technis,
tot curis, tot periculis, student eijcere, tantūq̄ malorum
uelint tam chare emere? Si me ad istum modum sperne-
rent feræ, leuius ferrem, & in me admissam contumeliã,
naturæ imputarem, quæ ingenium immite inseuisset, si
mutis pecudibus essem inuisa, condonarem inscitia, p-
pterea qđ his ea uis animi negata sit, quæ sola dotes me-
as queat perspicere. At o rem indignam ac plusq̄ pro-
digiosam, unum animal edidit natura, rōne præditum, ac
diuinæ mentis capax, unum beniuolentiæ concordiaq̄
genuit, & tñ apud quantūlibet efferas feras, apud quan-
tūuis brutas pecudes, mihi citius locus sit, q̄ apud homi-
nes, iam tot orbium cœlestium, licet nec motus sit idem,
nec uis eadem, tñ his tot iam sæculis constant uigentq̄
fœdera. Elementorū pugnantes inter se uires, æquabili
libramine pacem æternam tuent̄, & in tanta discordia,
consensu commercioq̄ mutuo concordia alunt. In ani-

parq quædam

mantium corporibus quæ fidus membrorum inter ipsa consensus, quæ parata defensio mutua. Quid tam dissimile quam corpus & anima? Et tamen quæ arcta necessitudine conexerit hæc duo natura, nimis declarat ipsa diuulsio, proinde ut uita nihil aliud est, quæ corporis & animæ societas, ita sanitas omnium corporis qualitatum concentus est. Animantia rationis expertia in suo quæque genere ciuili concorditerque degunt. Armentatim uiuunt elephantum, gregatim pascuntur suæ & oues, turmatim uolant grues & graculi, habent sua comitia ciconiæ, pietatis etiam magistræ, mutuis officijs sese tuentur delphini. Nota est formicarum & apum inter ipsas concors politia. Sed quid de his loqui pergo, quæ tametsi ratione uacant, sensu non uacant? In arboribus, in herbis amicitiam possis agnoscere. Steriles sunt quædam, nisi marem adiungas, uitis ulmum amplectitur, uitem amat persica, Vsq; adeo quæ nihil sentiunt, tamen pacis beneficium sentire uidentur, Sed hæc rursus ut sentiendi uim non habent, ita quæ uitam habeant, his quæ sentiunt, finitima sunt. Quid æque brutum atque saxorum genus? Dicitur tamen his quoque pacis & concordie sensum esse. Ita Magnes ferrum ad sese trahit, attractum tenet. Quid quod inter immanissimas etiam feras conuenit? Leonum inter ipsos feritas non dimicat, Aper in aprum non uibrat dentem fulmineum, Lynxi cum Lynce pax est, Draco non saeuit in draconem, luporum concordiam etiam prouerbia nobilitarunt, Ad dam, quod magis etiam mirum uideatur, impij spiritus, per quos cœlitum atque hominum concordia primò disrupta est & hodie rumpitur, tamen inter se foedus habent, suamque illam qualicumque tyrannidem consensu tuentur, solos homines, quos

saepius

A. iij

21. 0

oīm maxime decebat unanimitas, quibusq; cum primis opus est ea, neq; natura tam alijs in rebus potens & efficax conciliat, nec institutio coniūgit, nec tot ex cōsensu profecturæ cōmoditates conglutināt, nec tantorū deniq; malorū sensus & experientia, in mutuum amorē redigit. Figura cōmunis omnium, uox eadem, & cum cætera animantium genera, corporū formis potissimū inter se differant, unī hominī indita uis rationis, quæ ita sit illis inter ipsos cōmunis, ut cum nullo sit reliquorū animantium cōmunis, unī huic animanti sermo datus, præcipuus necessitudinum conciliator. Insita sunt cōmuniter disciplinarū ac uirtutum semina, ingenium mite, placidumq;, & ad mutuam beniuolentiam propensum, ut per se iuuet amari, & iucundū sit de alijs benemereri, nisi quis prauis cupiditatibus, ceu Circes pharmacis corruptus ex homine degenerarit in beluam. Hinc est uidelicet, qđ uulgus quicquid ad mutuam beneuolētiam pertinet, humanū appellat. Addidit lachrymas, exorabilis ingenij documentum, quo si quid forte inciderit offensa, & amicitia serenitatem nubecula aliqua offuscarit, facile redeant in gratiam. En quod rationibus natura concordiam docuit: Nec his tamen cōtenta pacis lenocinijs amicitiam hominī non solam iucundam esse uoluit, uerum etiā necessariam. Eorū tum corporū, tum animorū dotes ita partita est, ut nemo sit omnium tam instructus, quin infimorū etiam officio nonnunq; adiuuet, nec eadem attribuit omnibus, nec paria, ut hæc inæqualitas mutuis amicitijs æquaret. Alijs in regionibus alia proueniunt, quo uel usus ipse mutua doceret cōmertia. Cæteris

animantibus sua tribuit arma, praesidiaque, quibus sese tue-
rent, unum hominem produxit inermem, atque imbecil-
lum, nec prorsus aliter tutum, quam foedere, mutuaque neces-
situdine. Ciuitates repperit necessitas, & ipsarum inter se
societatem docuit necessitas, quae ferarum ac praedonum uim
iunctis uiribus propelleret, A deo nihil est in rebus hu-
manis, quod ipsum sibi sufficiat. In ipsis statim uitae pri-
mordijs perisset hominum genus, nisi conditum propa-
gasset coniugalis concordia. Nec enim nasceretur homo,
& mox natus interiret, atque in ipso uitae limine uitam amit-
teret, nisi obstetricum amica manus, nisi nutricum amica
pietas succurreret infantulo. Atque in hunc usum, ue-
hementissimos illos pietatis igniculos inseuit, ut pariter
etiam illud ament, quod nondum uiderunt. Adiecit mu-
tuam liberorum erga parentes pietatem, ut illorum imbecilli-
tas horum praesidijs uicissim subleuaretur, fieretque illa cun-
ctis quidem ex aequo plausibilis, sed graecis aptissime dicta
ἀνταπελάργωσις. Accedunt huc cognationum & affinitatum
uincula. Accedit in nonnullis ingeniorum, studiorum, formaeque
similitudo, certissima beneuolentiae conciliatrix, in mul-
tis arcanus quidam animorum sensus, ac mirus ad mutuam amo-
rem stimulus, quem ueteres admirati numini ascribebant.
Tot argumentis natura docuit pacem concordiamque, tot
illecebris ad eam inuitat, tot laqueis trahit, tot rebus com-
pellit. Et post haec quoniam ista tam ad nocendum efficax
Erinnys, his omnibus disruptis, disiectis, discussis, insa-
tiabilem pugnandi furiam inseuit humanis pectoribus.
Nisi primum admirationem, deinde sensum etiam mali,
adimeret assuetudo, quis crederet humana mente pra-

21

ditos istos, qui sic iugibus diffidijs, litibus, bellis inter se
se certant, rixant, tumultuant. Postremo rapinis, sanguine,
cladibus, ruinis, sacra profanaque miscent omnia, nec ul
la tam sancta foedera, quae illos in mutuam punitiem de
bacchantes queant dirimere. Vt nihil etiam accesserit, sa
tis erat commune hominis uocabulum, ut inter homines con
ueniret. Sed esto nihil apud homines profecerit natura,
quae plurimum ualeat ut in beluis, Itane & nihil apud Chri
stianos ualuit Christus? parum efficax sit doctrina natu
rae, quae maximam uim habet in his quoque quae sensu ua
cant, Ceterum cum hac multo praestantior sit doctrina
Christi, cur ea se profitentibus non persuadet id quod unum
omnium maximae suadet, nempe pacem mutuamque bene
uolentiam? Aut saltem hanc tam impiam efferamque bel
ligerandi insaniam dedocet? Cum hominis uocabulum
audio, mox accurro, uelut ad animal mihi proprie natum,
confidens fore ut illic liceat acquiescere, cum Christiano
rum audio titulum, magis etiam aduolo, apud hos certe
regnaturam etiam me sperans. Sed hic quoque pudet ac pi
get dicere, Fora, Basilicae, curiae, templa sic undique litibus
perstrepunt, ut nusquam apud Ethnicos aequae. A deo ut cum
bona pars humanae calamitatis sit aduocatorum turba,
tamen haec etiam ad litigantium undas, paucitas sit, ac so
litude, Ciuitatem aspicio, spes ilico oboritur, inter hos sal
tem conuenire, quos eadem cingunt moenia, eadem mo
derantur leges, & uelut una uectos nauis commune con
tinet periculum. Sed o me miseram, quae hic quoque diffi
dijs omnia uitiata comperio, A deo ut uix domum ullam
reperire liceat, in qua mihi sit uel dies aliquot locus. Sed

plebem omitto, quæ maris ritu, suis æstibus rapit, in prin-
cipum aulas, uelut in portum quendam me recipio. Erit
inquam certe apud hos locus paci, plus hi sapiunt quæ uul-
gus, ut qui sint plebis animus, atque oculus populi, Tum
eius uices gerunt, qui doctor est & princeps concordia,
a quo quidem cum omnibus, tum his præcipue sum com-
mendata. Et omnia bene pollicentur. Video blandas con-
salutationes, amicos complexus, hilares comotationes,
cæteraque officia humanitatis. At o rem indignam, apud
hos nec umbram ueræ concordia licuit cernere. Fucata,
fictaque omnia, factioibus apertis, clancularijs dissidijs ac
simulatibus corrupta uniuersa. Denique adeo apud hos
non esse sedem paci comperio, ut hinc potius omnium bello-
rum fontes ac seminaria. Quo me post hac conferam infœ-
lix, posteaque toties fefellit spes. At principes magni sunt
potius quæ eruditi, magisque ducuntur cupiditatibus, quam recto
animi iudicio. Ad eruditorum greges confugiam, Bonæ li-
teræ reddunt homines, philosophia plusquam homines, theo-
logia reddit diuos, Apud hos certe dabitur conquiesce-
re, tot actæ ambagibus. Verum pohdolor, en hic quoque
belloꝝ aliud genus, minus quidem cruentum, sed tamen non
minus insanum. Schola cum schola dissidet, & ceu re-
ueritas loco commutetur, ita quædam scita non traiciunt
mare, quædam non superant alpes, quædam non tranant
Rhenum, imo in eadem academia, cum rhetore bellum
est dialectico, cum iureconsulto dissidet theologus. At-
que adeo in eodem professionis genere, cum Thomista pu-
gnat Scotista, cum Reali Nominalis, cum Peripatetico
Platonicus, adeo ut ne in minutissimis quidem rebus in-

B

21. 0

ter hos conueniat, ac sæpenumero de lana caprina atrocissime digladiantur, donec disputationis calor, ab argumentis ad conuitia, a conuitijs ad pugnos incrudescat, & si res pugionibus, aut lanceis non agitur, stilis ueneno tinctis sese confodiunt, dentata charta dilacerant inuicem, alter in alterius famam letalia linguarum uibrant spicula. Quo me uertam, toties experta mihi data uerba? Quid superest, nisi una ueluti sacra ancora Religio. Huius professio licet sit Christianorum omnium communis, tamen eam isti peculiariter profitentur titulo, cultu, ceremonijs, qui uulgo sacerdotum cognomento commendantur. Hos itaq; procul intuenti cuncta spem faciunt, portum mihi paratum esse. Arrident uestes candidæ, meoq; colore insignes, uideo cruces pacis symbola, audio dulcissimum illud fratris cognomen, eximiae charitatis argumētum, audio salutationes pacis læto omine foelices, cerno rerum omnium communionem, coniunctum collegium, templum idem, leges eedem, conuentus quotidianus. Quis hic non confidat paci locum fore? Sed o rem indignam, nusq; fere collegio conuenit cū episcopo, parum hoc, nisi & ipsi inter sese factionibus scinderentur. Quotusquisq; sacerdos est, cui non sit cū aliquo sacerdote lis? Paulus rem non ferendam censet, quod Christianus litiget aduersus Christianum, & sacerdos cum sacerdote, episcopus cum episcopo certat? Verum his quoq; forsitan ignoscat aliquis, quod longo iam usu, propemodum in profanorum consortium abierunt, posteaquam eadem cum illis cœperunt possidere. Age fruantur hij sane suo iure, quod ceu præscriptione

sibi uindicant. Vnum hominū genus superest, qui sic
astricti sunt religioni, ut etiam si cupiant, nullo pacto
queant excutere, non magis profecto, quā testudo do-
mum. Sperarem apud hos mihi fore locum, nisi toties
frustrata spes, me prorsus desperare docuisset. Et tamen
ne quid intentatum relinquam, experiar. Quæris exitū?
A nullis resiliū magis. Nam quid sperem, ubi religio
cum religione dissidet? Tot factiōnes sunt, quot sunt so-
dalitā. Dominicales dissident cum Minoritīs, Benedi-
ctini cum Bernardinis, Tot nomina, tot cultus, tot cere-
moniæ studio diuersæ, ne quid omnino conueniret, sua
cuiq; placent, & aliena damnat, oditq; quisq;. Quin idē
sodalitium factiōnibus scinditur. Observantes insectan-
tur Coletas, utriq; tertium genus, quod a conuentu co-
gnomen habet, cum nihil inter istos conueniat. Iam
ut par est omnibus rebus diffisa, optabā uel in uno quo-
piam monasteriolo latitare, quod uere tranquillum es-
set. Inuita dicam, quod utinam non esset uerissimum, nul-
lum adhuc reperi, quod non intestinis odijs ac iurgijs
esset infectum. Pudor sit recensere, q̄ nihili de nugis tri-
cisq; quantas cieant pugnas uiri senes, barba pallioq; ue-
rendi, postremo ut sibi uident impense tum eruditi, tum
sancti. Arridebat spes nonnulla fore, ut alicubi inter tot
coniugia qualiscunq; daretur locus. Quid em̄ non pol-
licetur domus communis, fortuna communis, lectus cō-
munis, liberi communes? Deniq; corporū ipsorum ius
mutuum: ut unum potius hoīem credas e duobus con-
flatum, q̄ duos? Huc q̄q; sceleratissima illa Eris irrepsit,
totq; uinculis copulatos dirimit dissidijs animorū. Et ta

21

men inter hos citius contingat locus, quā inter eos, qui tot
titulis, tot insignibus, tot ceremonijs, absolutam charita-
tem profitentur. Tandem illud in uotis esse coepit, ut saltē
in unius hominis pectore daretur locus. Ne id quidem co-
tigit, idem homo secum pugnat. Rō belligerat cum affe-
ctibus, & insuper affectus cum affectu conflictatur, dum
alio uocat pietas, alio trahit cupiditas. Rursū aliud sua-
det libido, aliud ira, aliud ambitio, aliud auaritia. Et hmōi
cum sint, non pudet tñ illos appellari Chriianos, cum mo-
dis omnibus dissideant ab eo, quod Christo præcipuum ē,
ac peculiare. Vniuersam eius uitam contemplare, quid
aliud est, quā concordiaē mutuaē amoris doctrina? Quid
aliud inculcant eius præcepta, quid parabola? nisi pacē,
nisi charitatē mutuaē. Egregius ille uates Esaias, cū coe-
lesti afflatus spiritu, Christum illum rerū oīm conciliato-
rem uenturū annunciaret, num satrapam pollicetur? nū ur-
bium euersorem? num bellatorem? num triumphatorē?
Nequaquā. Quid igitur? Principem pacis, siquidem cū oīm
optimū principē intelligi uellet, ab ea re denotauit, quā
omnium optimam iudicasset. Neque mirū, ita uisum Esa-
iā, cum Silius Ethnicus poeta hunc in modū de me scri-
pserit, Pax optima rerū, quas homini natura dedit. Con-
cinat huic mysticus ille Citharædus, Et factus est inqui-
ens, in pace locus eius. In pace dixit, non in tentorijs, nō
in castris, princeps est pacis, pacē amat, offendit dissidio,
Rursum Esaias, Opus iustitię pacem appellat, idē senti-
ens, ni fallor, quod sensit Paulus ille, & ipse e Saulo tur-
bulento redditus tranquillus, & pacis doctor. Cum cha-
ritatem cæteris omnibus arcani spiritus dotibus antepo-

nens, quo pectore, qua facundia meum Encomium de-
tonuit Corinthijs. Cur enim non glorier sic laudari a ui-
ro tam laudato? Is alias deum pacis appellat, alias pacem
dei uocat, palam indicans hæc duo sic inter sese cohære-
re, ut ibi pax esse non possit, ubi deus non adsit, nec illic
esse deus possit, ubi pax non adsit. Itidem & pacis ange-
los in diuinis libris uocatos legimus, pios ac dei ministros,
ut per se liqueat, quos belli angelos opteat accipi. Au-
dite strenui bellatores. Videte sub cuius signis milite-
tis, nimirum illius qui primus dissidium seuit inter deum &
hominem. Quicquid calamitatum sentit mortalitas, hu-
ic dissidio debet acceptum ferre. Friuolum est enim quod ar-
gutantur quidam, in arcanis litteris, Deum exercituum, & Deum
ultionum dici. Permultum enim interest inter Iudæorum Deum
& Christianorum Deum, etiamsi suapte natura unus & idem
Deus est. Aut si nobis quoque placent tituli ueteres, age,
sit exercituum Deus, modo acies intelligas uirtutum com-
centum, quarum præsidio uitia demoliuntur homines pii, Sit
ultionum Deus, modo uindictam accipias, uitiorum corre-
ctionem, ut cruentas strages, quibus Hebræorum libri re-
fertur, non ad laniandos homines, sed ad impios affe-
ctus e pectore profligandos referas. Sed ut quod institutum
erat, persequamur, quoties absolutam felicitatem signifi-
cant arcanae literæ, pacis nomine id faciunt, Velut Esa-
ias, Sedebit, inquit, populus meus in pulchritudine pa-
cis. Et alius, Pax, inquit, super Israel. Rursum Esaias ad-
miratur pedes annunciantium pacem, annunciantium bona.
Quisquis Christum annunciat, pacem annunciat. Quis-
quis bellum prædicat, illum prædicat, qui Christi dissimil-

21. 0
limus est. Age iam quæ res dei filium pellexit in terras?
Nisi ut mundum patri reconciliaret, ut homines inter se
mutua & indissolubili charitate cōglutinaret, postremo,
ut ipsum hominem sibi faceret amicum, Mea igitur gra-
tia legatus erat, meum agebat negotium. Atq; ob id So-
lomonem sui typum ferre uoluit, qui nobis εἰρηνοποιός, id
est pacificus dicitur. Quantumuis magnus erat Dauid,
tamen quia bellator erat, quia sanguine fuerat impiatus,
non finitur extruere domum domini. Non mereñ hac
parte gerere typum Christi pacifici. Iam illud interim p-
pende bellator, si profanāt bella, numinis iussu suscepta
gestaq; quid facient quæ suasit ambitio, quæ ira, quæ fu-
ror? Si pium regem polluit effusus sanguis Ethnicorū,
quid faciet tam ingēs effusio sanguinis Christiani? Ob-
secro te Christiane princeps, si modo uere Christianus
es, cōtemplare tui principis imaginem, obserua quomo-
do regnum suum inierit, quomodo progressus sit, quo-
modo hinc decesserit, & mox intelliges, quomodo abs
te geri uelit, nimirum ut summa curarū tuarū pax sit &
concordia. Nato iam Christo, num bellicis tubis inso-
nant angeli? Clangorem tubarū audiere Iudæi, quibus
bellare permīssum est. Hæc congruebant auspicia, qui-
bus fas erat odisse inimicos. At genti pacificæ longe ali-
am cantionem canunt pacis angeli. Num classicum ca-
nunt? Num uictorias, triumphos, trophæaq; pollicen-
tur? Minime. Quid tandem? pacem annunciant, con-
gruentes cum prophetarum oraculis, & annunciant nō
ihs, qui cædes spirant ac bella, qui feroces ad arma gesti-
unt, sed qui bona uoluntate propensi sint ad concordia

am. Prætexant quæ uelint suo morbo mortales, ni bellum amarent, non sic iugibus bellis inter se conflictarentur. Age Christus ipse iam adultus, quid aliud docuit, quid aliud expressit, quæ pacem? Pacis omine suos subinde salutat, Pax uobis, eamque salutandi formam suis præscribit, ueluti unice dignam Christianis. Atque huius præcepti non immemores apostoli, pacem præfantur in suis epistolis, pacem optant ipsi, quos unice diligunt. Rem præclaram optat, qui salutem optat, sed felicitatis summam precatur, quisquis pacem precatur. Hanc ille toties in omni uita commendatam, uide quanta sollicitudine commendet moriturus. Diligatis, inquit, inuicem sicut dilexi uos. Ac rursum, Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Auditis quid relinquat suis? num equos? num satellitium? num imperium, num opes? nihil horum. Quid igitur? pacem dat, pacem relinquit, pacem cum amicis, pacem cum inimicis. Iam illud mihi consideres uelim, quid a cœna mystica, iam imminente mortis tempore, supremis illis precibus flagitarit a patre. Rem opinor, haud uulgarem poposcit, qui se sciebat impetraturum quicquid peteret. Pater, inquit, sancte, serua eos in nomine tuo, ut sint unum, sicut & nos. Vide quæso, quam insignem concordiam exigat in suis Christus, non dixit, ut sint unanimes, sed ut sint unum, neque id quocumque modo, sed sicuti nos, inquit, unum sumus, qui perfectissima & ineffabili ratione sumus idem, & illud obiter indicans, hac una uia seruandos esse mortales, si mutuam inter sese pacem aluerint. Porro quod huius mundi principes, insigni quopiam suos notant,

21. 0

quo possint a cæteris dignosci, præsertim in bello, uide
qua tandem nota Christus insignierit suos, non alia ui-
delicet, quàm mutua charitatis. Hoc inueniens argumento
cognoscent homines uos esse meos discipulos, non si sic,
aut sic uestiamini, non si his, aut his uescamini cibis, non
si tantum ieiunetis, non si tantum psalmorex exhausteritis,
sed si dilexeritis inuicem, neque id sane uulgari modo, sed
quemadmodum ego dilexi uos. Innumera sunt philoso-
phorum præcepta, uaria sunt Mosi, plurima regum edicta,
unicum est, inquit, præceptum meum, ut ametis inuicem.
Idem orandi formam suis præscribens, nonne in ipso sta-
tim initio, mire admonet concordia Christiana, pater in-
quit, noster, unius est precatio, una communis omni-
um postulatio, una domus, eademque familia sunt omnes, ab uno
patre pendent omnes, & qui conuenit eos iugibus bel-
lis inter sese conflictari. Quo ore compellas communem
preem, si in fratris tui uiscera ferrum stringis. Iam quoniam unum
hoc uoluit altissime insidere suorum animis, quot symbo-
lis, quot parabolis, quot præceptis concordia studium in-
culcauit. Se pastorem uocat, suos oues. Et obsecro, quis
unquam uidit oues pugnantes cum ouibus. Aut quid faci-
unt lupi, si grex ipse semet inuicem lacerat. cum se uitis
stirpem uocat, suos uero palmites, quid aliud quam expres-
sit unanimitatem. Portentum uideatur, piaculis procu-
randum, si in eadem uite palmes cum palmite bellet, &
ostentum non est, si Christianus pugnet cum Christia-
no. Postremo si quid omnino Christianis sacrosanctum
est, certe sacrosanctum esse debet, ac penitus animis illo-
rum insidere, quæ Christus extremis illis mandatis tradi

dit, ueluti testamentū condens, ac filijs ea commendans,
quæ cuperet illis nunq̄ uenire in obliuionem. Aut qd
aliud in his docet, mandat, præcipit, orat, nisi mutuū in-
ter ipsos amorem? Quid illa sacrosancti panis, & calicis
philotesij communio, nisi nouam quādam & indissolu-
bilem concordiam sanxit? Cæterz quando sciebat non
posse constare pacē, ubi de magistratu, de gloria, de opi-
bus, de uindicta certamen est, ut penitus affectus eius-
modi reuellit ex animis suorum, uetat in totum ne malo
resistant, iubet ut & de male merentibus bñ mereantur
si possint, bene precentur, male precantibus. Et Christia-
ni sibi uidentur, qui ob quātumuis leuem iniuriolam, ma-
gnam orbis partem in bellum p̄trahunt: præcipit ut qui
in suo populo sit princeps, is ministrum agat, nec alia re
præcellat alijs, nisi quod melior sit & pluribus profit, Et
non pudet quosdam ob pusillam accessiunculam regni
pomœrijs addendam, tantos ciere tumultus? Docet aui-
um & liliorum ritu in diem uiuere. V etat sollicitudi-
nem in posterum diem extendere, uult totos e cœlo pen-
dere, diuites omnes excludit a regno cœlorum, & nō ue-
rentur quidam ob pecuniolam, non exolutam, fortasse
nec debitam, tantum humani sanguinis effundere. Atq̄
his temporibus hæ uel iustissimæ suscipiendi belli causæ
uidentur. Profecto haud aliud agit Christus, iubens ut
unum quiddam a se discant, miti esse animo, minimæq̄
feroci, cum iubet relinqui donarium ad aram, nec prius
offerri, q̄ cum fratre reditum sit in gratiam, nonne palā
docet rebus omnibus anteponendam esse concordiam,
nec ullam uictimam esse deo gratam, nisi commendante
C

21. 0

me: Respuebat deus Iudaicum munus, fortassis hedum, aut ouem, quod a dissidentibus offerretur, & Christiani sic inter sese belligerantes, sacrosanctam illam uictimam audēt offerre: lam cum se gallinæ pullos sub alas aggreganti facit assimilem, q̄ apto symbolo depinxit concordiam: Ille congregator est, & qui conueit Christianos esse miluios: Eodem pertinet quod lapis dictus est angularis, utrūq; parietem committens & continēs, & qui conuenit *ut* in huius uicarij totum orbem ad arma commoueant, regnaq; regnis committant: Summum illum conciliatorem habent principem, ut iactant, & nullis rationibus ipsi sibi possunt reconciliari. Conciliauit ille Pilatum & Herodem, & suos in concordiam redigere non potest: Petrum adhuc semiudæum, qui in presentis capitis discrimine dominum, ac præceptorem tueri parabat, obiurgat ipse qui defendebatur, gladiumq; iubet recondere, & Christianis ob leuissimas causas nunq; non expromptus districtusq; est gladius, idq; in Christianos. An ille se gladij præsidio defensum uelit, qui moriēs deprecatur pro necis auctoribus: Omnes Christianorum literæ, siue uetus legas testamentum, siue nouum, nihil aliud q̄ pacem & unanimitatem crepant, & omnis Christianorum uita nihil aliud q̄ bella tractat. Quænam est hæc plusq; ferina feritas, quæ tot rebus nec unci potest, nec leniri? Quin potius aut Christianorum titulo gloriari desinant, aut Christi doctrinam exprimant cōcordia. Quousq; uita pugnabit cum nomine? Insignite quantum libet, ædes uestesq; crucis imagine, non agnoscet Christus symbolum, nisi quod ipse præscripsit, uidelicet

concordiæ. Congregati uident euntem in cœlum, con-
gregati iubentur operiri spiritum cœlestem, Et inter cō-
gregatos se semper uersaturum promiserat, ne quis spe-
raret usq̄ in bellis adesse Christum. Iam igneus ille spiri-
tus, quid aliud est q̄ charitas) Nihil igne communius, ci-
tra dispendium ullum ignis igni accenditur. Vis autem
cognoscere spiritum illum cōcordiæ parentem esse: ex-
itum uide. Erat, inquit, cunctis cor unum, & anima una.
Tolle spiritum e corpore, continuo delabitur omnis illa
membrorū compago. Tolle pacem, & perit omnis Chri-
stianæ uitæ societas. Tot hodie sacramentis infundi cœ-
lestem spiritum affirmant Theologi. Si uerum prædi-
cant, ubi peculiaris spiritus illius effectus, cor unum &
anima una? Sin fabulæ sunt, cur tantum honoris hisce re-
bus defertur? Atq̄ hæc sane dixerim, quo magis Chri-
stianos suorum morum pudeat, non quo sacramentis ali-
quid detraham. Nam quod populum Christianum ec-
clesiam uocari placuit, quid aliud q̄ unanimi-
tatis admo-
net? Qui conuenit castris & ecclesiæ? Hæc aggregatio
nem sonat, illa diffidium, si pars ecclesiæ gloriari esse, qd
tibi cum bellis: si ab ecclesia semotus es, quid tibi cum
Christo? Si eadem omneis habet domus, si communem
habetis principem, si eidem militatis omnes, si sacramē-
tis iisdem estis initiati, si iisdem gaudetis donatiuis, si iis-
dem alimini stipendijs, si commune petitur præmium,
quid ita inter uos tumultuamini? Videmus inf̄ impios
istos commilitiones, qui mercede ad cædis peragēdæ mi-
nisterium conducti ueniunt, tantam esse concordiam, non
ob aliud, nisi quod sibi iisdem militāt signis, & pietatem
C ij

21. 0

profitentes tot res non conglutinant? Itane nihil agitur tot sacramentis? Baptismus communis omnium, per hunc Christo renascimur, & execti mundo, Christi membris inserimur. Quid autem tam idem esse potest, q̄ eiusdem corporis membra? Ab hoc igitur, neq̄ seruus est q̄ quā, neq̄ liber, neq̄ Barbarus, neq̄ Græcus, neq̄ uir, neq̄ foemīa, sed omnes idem in Christo sunt, qui omnia redigit in concordiam. Scythas ita iungit, paululum sanguinis utrinq̄ gustati e calice, ut pro amico nihil cunctetur & mortem oppetere. Ethnicis etiam sancta est amicitia, quam mensa communis conciliauit, & Christianos, cœlestis ille panis, ac mysticus ille calix non continet in amicitia? quam ipse sanxit Christus, quam illi quotidie renouāt, ac repræsentāt sacrificijs. Si nihil illic egit Christus, quorsum opus hodie tot ceremonijs? si rem seriam egit, cur sic a uobis negligitur, quasi rem ludicram ac scenicam egerit? Audet quisquam ad sacram illam mēsam amicitiae symbolum, audet ad pacis conuiuium accedere, qui bellum destinat in Christianos, & eos parat perdere, pro quibus seruandis mortuus est Christus? eorum haurire sanguinem, pro quibus suum sanguinem fudit Christus? O pectora plusq̄ adamantina, in rebus tā multis consortium est, & in uita tā inexplicabile dissidiū. Eadem nascendi lex omnibus, eadem senescēdi moriēdiq̄ necessitas. Eundem generis principem habent omnes, eundem religionis auctorem, eodem omnes redempti sanguine, iisdem omnes initiati sacris, iisdem aluntur sacramentis, quicquid ex his redit muneris, ab eodem proficiscitur fonte, & ex æquo commune est omnibus. Eadē

omnium ecclesia, denique premium idem omnium. Quin
coelestis illa Hierusalem, ad quam suspirant uere Chri-
stiani, a pacis uisione nomen habet, cuius interim eccle-
sia typum sustinet. Et qui fit, ut hæc tantopere discrepet
ab exemplari? A deo nihil promouit: tot uis solers na-
tura, nihil ipse Christus perfecit tot præceptis, tot my-
sterijs, tot symbolis? Vel ipsa mala conciliant & malos,
iuxta prouerbum, Christianos inter se nec bona, nec ma-
la ulla conciliant. Quid humana uita fragilius, quid bre-
uius? quot ea morbis, quot casibus obnoxia? Et tamen
cum plus habeat ex sese malorum, quam ut ferri possit, tamē
maximam malorum partem ipsi sibi accersunt demētes.
Tanta cæcitas humanos animos occupat, ut nihil horū
perspiciat, sic præcipites aguntur, ut omnia naturæ Chri-
sticæ uincula, omnia fœdera rumpant, dissecent, diffrin-
gant. Pugnant passim, atque assidue, nec modus, nec finis.
Colliditur gens cum gente, ciuitas cum ciuitate, factio
cum factione, princeps cum principe, & ob duorum ho-
muncionum, qui mox uelut ephemera sint iterituri, seu
stultitiam, seu ambitionem, res humanæ sursum, ac deor-
sum miscentur. Missas faciam ueterum bellorum Tra-
gœdias, Repetamus decem ab hinc annis acta, ubi non
gentium crudelissime pugnatum est terra, marique? Quæ
regio non Christiano sanguine commaduit? Quod flu-
men, quod mare, non humano cruore tinctum est? Et
o pudor, pugnant immanius, quam Iudæi, quam Ethnici, quam
feræ. Quicquid bellorum Iudæis gestum est aduersus Al-
lophylos, id Christianis gerendum aduersus uitia, quibus
nunc uitis conuenit, cum hominibus bellum est. Et ta-

C iij

21. 0

men Iudæos diuina iussio ducebat ad pugnam, Christi-
anos, si prætextibus detractis, rem uere æstimes, trāsuer-
sos rapit ambitio, agit ira pessimus consultor, p̄trahit ha-
bendi nunq̄; satiata cupiditas. Atq̄; his fere cum exteris
res erat, Christianis cum Turcis foedus est, int̄ ipsos bel-
lum. Iam Ethnicos tyrannos, fere gloriae sitis ad bellum
extimulabat, atq̄; hi tñ sic Barbaras atq̄; efferas nationes
subigebant, ut uinci expediret, & uictor de uictis bene-
mereri studeret. Dabant operam, ut q̄ fieri posset, incru-
enta esset uictoria, q̄ simul & uictori honesta fama præ-
miū esset, & uictis solatium, uictoris benignitas. At pu-
det meminisse, q̄; pudendis, q̄; friuolis de causis, Christi-
ani principes orbem ad arma concitent. Hic obsoletum
ac putrem aliquem titulum, aut reperit, aut commentus
est, Quasi uero ita magni referat, q̄s regnum adm̄stret,
modo publicis cōmodis recte consulat̄. Ille causat̄ om̄is-
sum nescio quid in foedere centum capitum. Hic illi pri-
uatim infensus est, ob sponsam interceptam, aut scom-
ma liberius dictum. Et qd̄ est oim̄ sceleratissimū, sunt q̄
tyrannica arte, qd̄ populi concordia pt̄atem suam labe-
factari sentiant, dissidio stabiliri, subornent qui data opa
bellum excitent, quo simul & coniunctos dirimant, &
incoelicem populum licentius expilent, scelestissimi qui-
dam, qui populi malis aluntur, & quibus pacis tempore,
non multum est quod agant in republica. Quæ tartarea
uenenum hoc ī pectus Christianum potuit immittere?
Quis hanc tyrannidem docuit Christicolas, quam nec
Dionysius ullus, nec Mezentius ullus nouit? Beluæ ue-
rius q̄ homines, & sola tyrannide nobiles, nec usquam

partis quinta 124.
cordati nisi ad nocendum, nec unquam concordēs, nisi
ad opprimendam rempu. Et hæc qui gerunt, pro Chri-
stianis habent, audent humano sanguine undiq; polluti,
ad sacras ædes, ad sacras aras accedere: O pestes in extre-
mas insulas deportandas. Si Christiani, corpis unius mē-
bra sunt, cur non gratulatur quisq; aliene fœlicitati? Nūc
prope iusta mouendi belli causa uidetur, regnum finiti-
mū, rebus omnibus paulo florentius. Etenim si uerè fate-
ri uolumus, quid aliud commouit, & hodie commouet
tam multos ad armis laceffendum Franciæ regnum, nisi
quod est unum omnium florentissimum? Nullum lati-
us patet, nusquam senatus augustior, nusquā Academia
celebrior, nusquam cōcordia maior, & ob hoc ipsum po-
testas summa. Nusquam æque florent leges, nusquam il-
libatior religio, nec Iudæorum commercio corrupta, ue-
lut apud Italos, nec Turcæ aut Maranorū uicinia infe-
cta quemadmodum apud Hispanos & Hungaros. Ger-
mania, ne quid dicam de Bohæmis, in tot regulos disse-
cta est, ac regni ne species quidem ulla. Sola Francia ceu
flos illibatus Christianæ ditionis, & uelut arx quædam
tutissima, si qua fors tempestas ingruat, tot modis impe-
tatur, tot artibus incessitur, nec ob aliud, nisi cuius gratia
conueniebat gratulari, si qua uena Christianæ mentis es-
set in istis. Atque his tam impijs facti prætextitur titulus
pius, sic sternunt uiam ad propagandum impium Chri-
sti. O rem monstrosam, parum consultum putant Rei-
publicæ Christianæ, nisi pulcherrimam, ac fœlicissimam
ditionis Christianæ partem subuerterint. Quid quod
in his tractandis feras etiam ipsas feritate præcedunt?

21. 0

Non omnes pugnant beluæ, nec ferarum nisi in diuersum genus conflictatio est, quemadmodum & ante diximus, sæpius inculcandū, quo magis inhæreat animis. Vipera non mordet uiperam, nec Lynx lyncem discerpit. Ac rursus illæ cum pugnant, suis pugnant armis, Illas armauit natura, homines inermes natos. O deū immortalem qualibus armis armat iras? Tartareis machinis impetunt Christiani Christianos. Quis em̄ credat Bombardas, hominis inuentum esse? Nec illæ tam dēsis agminibus in mutuū exitium ruunt. Quis unq̄ uidit decē leones cum decem tauris congregi? At quoties uigintimilia Christianorum, cum totidem Christianis ferro decertant? Tanti est lædere, tãti est haurire sanguinem fratrum. Nec illis fere bellum est, nisi cum fames, aut cura sobolis in rabiem agit. At Christianis quæ tam leuis iniuria est, ut non uideatur idonea bellandi occasio? Si faceret ista plebes, ut cunq̄ prætexi poterat incitiam, Si iuuenes, excusari poterat ætatis imperitia. Si profani, nō nihil eleuaret atrocitatem facti, personæ qualitas. Nunc ab ijs potissimū uidemus oriri bellorum semina, quorū consilio moderationeq̄ populi motus componi conueniebat. Contemptum illud & ignobile uulgus, condit egregias urbes, conditas ciuilitate administrat, & administrando locupletat. In has irrepunt satrapæ, & ceu fuci, quod aliena partum est industria, surripiunt, & quod a plurimis bene congestum est, a paucis male dissipatur, quod recte conditum, crudelissime diruitur. Quod si prisca nō meminerunt, repetat qui uolet, secū hisce duodecim annis gesta bella. Causas expendat, comperiet omnia prin

13.
cipum gratia suscepta, magno populi malo gesta, cum
ne tantillum quidem ad populum attinerent. Iam quod
olim foedum habebat apud Ethnicos, caniciē galea pre-
mere, ut inquit ille, id apud Christianos laudī ducit. Tur-
pe senex miles Nasoni, & istis magna res est bella-
tor septuagenarius. Imo ne sacerdotes quidem ipsos pu-
det, quos olim deus nec in sanguinaria illa & inclemen-
ti lege Mosi uoluit ullo sanguine pollui, nō pudet Theo-
logos Christianae uitae magistros, non pudet absolutae
religionis professores, non pudet episcopos, non pudet
cardinales & Christi uicarios, eius rei auctores, ac faces
esse, quam Christus tantopere detestatus est: Qui con-
uenit mitrae & galeae: Quid pedo cū gladio: Quid euā-
gelico codici cum clypeo: Qui conuenit pacis omine
salutare populum, & orbem ad turbulētissimas pugnas
cōcitare: pacem dare lingua, re bellum immittere: Tun
eodem ore quo Christum pacificum praedicas, bellum
laudas, eademq; tuba deum canis & Satanā: Tun apud
concionem sacram, cuculla tectus, ad caedem incitas sim-
plicem populum, qui ex ore tuo doctrinam expectabat
euangelicam: Tun apostolorum occupans locum, pugna-
tia doces cum apostolorum praecipis: An non uereri-
ne quod de Christi praecōnibus dictum est. Quam spe-
ciosi pedes nunciantium pacem, nunciantium bona, nū-
ciantium salutem, in diuersum uertat, q̄ foeda lingua sa-
cerdotum, adhortantium ad bellum, incitantium ad ma-
la, prouocantium ad perniciem: Apud Romanos ad-
huc impie pios, qui pontificatum maximū iniret, ex mo-
re confirmabat iureiurando, se manus ab omni sanguine
D

21. 0

puras seruaturum, adeo ut ne læsus quidem ulcisceret.
Atq̄ huius sacramenti fidem constanter præstitit Titus
Vespasianus, imperator Ethnicus, idq̄ laudī datur a scri
ptore Ethnico. At o ptorsus sublatam e rebus humanis
frontem, apud Christianos deo dicati sacerdotes, & qui
his quoq̄ sanctius aliquid præ se ferunt monachi, ad cæ
des, ad strages inflammant. Et euangelij tubam, Martis
tubam faciunt, obliti dignitatis suæ, sursum ac deorsum
cursitant, nihil non tum faciunt, tum patiuntur, dum bel
lum excitent, & per hos principes alioqui fortassis quie
turi, ad pugnam inflamantur, quorū auctoritate tumul
tuantes sedari conueniebat. Imo quod est prodigiosius,
belligerant ipsi, idq̄ earū rerū gratia, quas & apud impi
os contempere philosophi, quarūq̄ contemptus ppri
us, ac peculiaris est uiris aplicis. Ante paucos annos, cū
fatali quodam morbo mundus ad arma raperetur, euan
gelici præcones, hoc est, Minores ac Prædicatores e sug
gestu sacro classicum canebant, & ultro ad furiam pro
pensos magis accendebant. Apud Britannos animabāt
in Gallos, apud Gallos animabant in Britannos. Omnes
ad bellum instigabant. Ad pacem nemo puocabat, præ
ter unum aut alterū, q̄bus pene capitale fuit me uel no
minasse. Cursitabant ultro citroq̄ sacrosancti præfules,
& dignitatis & professionis suæ obliti, publicum orbis
morbum opera sua exacerbantes, tum hinc Iulium pon
tificem Romanum, hinc reges ad maturandum bellum
instigantes, perinde quasi non satis ipsi sua sponte insa
nirent, & tamen hanc manifestariam insaniam magnifi
cis titulis præteximus. Huc patrum leges, huc pioꝝ ho

14
minum scripta, huc arcanæ scripturæ uerba impudentif-
sime detorquemus, ne dicam impie. Imo iam eo prope
rediit res, ut stultum & impium sit aduersus bellum hi-
scere, & id laudare, quod solum ore Christi laudatum est.
Parum consulere populo, parum fauere principi uide-
tur, qui suaserit rem omnium saluberrimam, & ab omni-
um pestilentissima dehortetur. Iam ipsa castra sequun-
tur sacrifici, præsent in castris episcopi, & relictis eccle-
sijs suis, Bellonæ rem agunt. Imo gignit iam bellum sa-
cerdotes, gignit episcopos, gignit cardinales, quibus
Campi legatus honorificis titulis & apostolorum succes-
soribus dignus habetur. Quo minus mirum, si Martem
spirant, quos Mars genuit. Et quo malum sit insanabi-
lius, tantam impietatem pietatis specie prætexunt. Ve-
xilla crucem habent. Miles impius, & nummis aliquot
ad lanienam, ac cædem conductus, crucis insigne præ-
fert, & belli symbolum est, quod solum dedocere bel-
lum poterat. Quid tibi cum cruce scelerate miles: istis
animis, istis factis, dracones, tigrides, ac lupi conue-
niebant. Istud signum eius est, qui non pugnando, sed
moriendo uicit, qui seruauit, non perdidit, quodque cum
primis admonere te poterat, cum quibus hostibus ti-
bi res sit, si modo Christianus es, & qua ratione uin-
cendum sit. Tu salutis insigne gestas, ad fratris per-
niciem properans, & cruce perdis, qui cruce seruatus
est? Quid quod ab arcanis illis & adorandis sacris,
nam hæc quoque pertrahuntur in castra, in quibus in pri-
mis summa Christianorum concordia repræsentatur,
curritur in aciem, durum ferrum in fratris uiscera stringi-
D ij

21. 0

tur, & facinoris omnium sceleratissimi, quo non aliud esse potest impijs spiritibus gratius, Christum faciunt spectatorem, si tamen illic dignatur adesse Christus. Denique quod est omnium absurdissimum, in utrisque castris, in utraque acie, crucis signum relucet, in utrisque sacra. Quid hoc monstrum est? pugnat crux in cruce, Christus aduersus Christum belligeratur. Hoc signum Christiani nominis hostes terrere solet, Cur nunc oppugnant, quod adorant? homines non una digni cruce, sed uera. Quaeso, quid in hisce sacris orat miles, pater noster? Os durum, audes eum appellare patrem, qui fratris tui iugulum petis? Sanctificet nomen tuum, qui magis dehonestari poterat nomen dei, quam istiusmodi inter uos tumultibus? Adueniat regnum tuum, Sic oras, qui tanto sanguine tyrannidem tuam moliris? Fiat uoluntas tua, quemadmodum in caelo, ita & in terra, pacem uult ille, & tu bellum paras. Panem quotidianum a communi patre petis, qui fraternas exuris segetes, & tibi quoque mauis perire, quam illi prodesse? Iam quoniam ore dices illud, Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, qui ad pericidium festinas? Deprecaris periculum tentationis, qui tuo periculo fratrem in periculum pertrahis. A malo liberari postulas, cuius instinctu, summum malum fratri machinaris? Plato negat appellandum bellum, quod Graeci moueant aduersus Graecos, Seditio est, inquit. Et istis sanctum etiam bellum est, quod ob quolibet causas tali milite, talibus armis, cum Christiano gerit Christianus? Ethnicorum leges, culleo insutum in profluentem abijciunt, qui ferrum fraterno sanguine imbuerit. An minus fra-

tres sunt, quos Christus copulauit, quos sanguis pro-
pinquitas: Et tamen hic primum est paricidio. O mi-
seram bellatum sortem. Qui uincit, paricida est, qui uin-
cit, perit, nihilo secius paricidio obnoxius, quod parici-
dium conatus est. Et post haec execrantur Turcas uelut im-
pios, & a Christo alienos, quasi uero cum haec agunt, ipsi
Christiani sint, aut quasi Turcis ullum spectaculum ex-
hiberi possit iucundius, quam si conspiciant illos mutuis te-
lis sese confodientes. Immolant Turcae demonibus, at
cum his nulla uictima sit acceptior, quam si Christianus ma-
ctet Christianum, quaeso, quid aliud facis quam illi? Tu enim
gemina fruuntur hostia spiritus impij, cum parit & qui ma-
ctat, & qui maectat, fit uictima. Si quis Turcis fauet, si quis
amicus est demonibus, hostias huiusmodi frequenter offe-
rat. Sed audio iam dudum, quid excusent homines in su-
um ipsorum malum ingeniosi. Cogi se querunt, & inuitos
ad bellum pertrahi. Detrahe personam istam, abijce fu-
cos, tuum ipsius pectus consule, reperies iram, ambitio-
nem stultitiam huc petraxisse, non necessitatem, Nisi for-
te hac fine necessitatem metiris, si non per omnia satisfi-
at animo. Ad populum phaleras, deus fucis non deludit.
Atque interea solenes agunt supplicationes, magnis cla-
moribus petitur pax, uociferantur immani boatu, ut pacem
nobis dones, te rogamus, audi nos. Nonne iure optimo
deus istis responderit, Quid me ridetis? Rogatis ut de-
pellam, quod ipsi uobis accersitis uolentes. Deprecami-
ni, cuius ipsi uobis estis auctores. Si qualibet offensa bel-
lum parit, cui tandem non est quod queratur? Inter uxorem
& maritum incidunt, ad qua sit conueniendum, nisi ma-

D iij

21

lis dirimi beneuolentiam. Quid si quid eiusmodi sit ortū
inter principes, quid opus erat mox ad arma rapi? Sunt
leges, sunt homines eruditi, sunt uenerandi abbates, sunt
reuerendi epi, quorum salubri consilio tumultus rerum com
poni poterat. Cur non hos potius arbitros faciunt, quos
haud possint tam iniquos nasci, quin minore malo dis
cessuri sint, quam si armis expiant? Vix ulla tam iniqua pax,
quin bello uel æquissimo sit potior. Prius expēde singu
la, quæ bellum uel postulat uel adducit, & quantum lu
cri feceris intelliges. Summa Romani pontificis aucto
ritas, Ast cum gētes, cum principes impijs bellis tumul
tuantur, idque annos aliquot, ubi tum pontificum aucto
ritas, ubi potestas Christo proxima? Hic certe erat ex
promēda, nisi ipsi similibus tenerent cupiditatibus. Vo
cat pontifex ad bellum, paretur. Vocat idem ad pacem,
cur non obtemperatur itidem? Si pacem malunt, cur Iu
lio bellandi auctori tam alacriter obeditum ē, Leoni ad
pacem & concordiam prouocanti, uix quisque obtempe
rat? Si uero sacrosancta est Romani pontificis auctori
tas, certe maxime ualere par est, quoties ad id prouocat,
quod unice docuit Christus. Ceterum quos Iulius ad bel
lum exitiale potuit excitare, cum Leo sanctissimus pon
tifex, non idem possit, tot modis ad Christianam cōcor
diam prouocans, declarant sese, ecclesie prætextu, suis
seruisse cupiditatibus, ne quid dicam acerbius. Si ex ani
mo redet bellorum, dabo consilium, quo concordiam tue
ri possitis. Solida pax haud constat affinitatibus, haud fœ
deribus hominum, ex quibus frequenter exoriri bella ui
demus. Repurgandi fontes ipsi, unde malum hoc sca

Consilium y pace

16. *Repub.*
principis animus

ret, prauæ cupiditates tumultus istos pariunt. Et dum quisque suis inseruit affectibus, interim affligitur Respublica, nec tamen assequitur hoc ipsum quisque, quod malis rationibus affectat. Sapiant principes, & populo sapiant, non sibi, ac uere sapiant, ut maiestatem suam, ut felicitatem, ut opes, ut splendorem his rebus metiantur, quæ uere magnos & excellentes faciunt. Sint eo animo erga Rempublicam, quo pater erga familiam, Ita se magni existimet rex, si quæ optimis imperet, Ita felicem, si suos felices reddiderit, Ita sublimem, si quæ maxime liberis imperet, Ita opulentum, si populum habeat opulentum, Ita florentem, si ciuitates perpetua pace florentes habeat. Atque hunc principis animum imitentur proceres, ac magistratus, omnia Reipublicæ commodis metiantur, & hac uia rectius suis consuluerint commodis. Rex qui hoc sit animo, num his facile commouebitur, ut pecuniam a suis extorqueat, quam Barbaro militi numeret? Suos ad famem adiget, ut impios aliquot duces ditet? Num is suorum uitam, tot periculis obijciet? Non opinor. Hacenus exerceat imperium, ut meminerit se hominem imperare hominibus, liberum liberis, postremo Christianum Christianis. Huic uicissim tantum deferat populus, quatenus ad publicam utilitatem cõducit. Nõ aliud exiget bonus princeps, Mali uero cupiditates retundet ciuium consensus. Absit utrinque priuati commodi ratio. Plurimum honoris habeatur ijs, qui bellum excluderint, qui concordiam restituerint ingenio consilio ue suo. Denique qui hoc modis omnibus moliatur, nõ ut maximam militum, ac machinarum uim comparet, sed

21. 0

ut ijs nō sit opus. Quod pulcherrimū facinus, tot imperatorū unus Dioclecianus animo cōcepisse legit. Quod si bellum uitari nō potest, ita gerat, ut summa malorū in eorū capita recidat, qui belli dedere causas. Nunc principes tuti belligerant, ductores hinc crescunt, maxima malorū pars ī agricolas, ac plebem effunditur, ad quos nec attinet bellum, nec ipsi belli causam ullam dederūt. Vbi principis sapientia, si hęc non perpendit? ubi principis animus, si hęc leuiter ducit? Inuenienda ratio, qua fiat ne toties mutantur, ac uelut obambulent imperia quod omnis reꝝ nouatio tumultum gignat, tumultus bellum. Id facile fiat, si regnum liberi, intra ditionis fines elocentur, aut si quem libeat finitimis adiungere, spes omnibus successionis præcisa esto. Nec fas sit principi ditionis portionem ullam uendere aut alienare, perinde quasi priuata sint prædia, liberæ ciuitates. Nā liberæ sunt quibus rex imperat, Seruiunt quos ryrannus premit. Nūc huiusmodi matrimoniorū uicibus fit, ut apud Hybernos natus, repente imperet Indis, aut qui modo Syris imperabat, subito rex Britannia. Fitq; ut neutra regio principē habeat, dum priorem relinquit, & a posteriore nō agnoscitur, nimirū ignotus, alioq; mūdo natus. Atq; interim dū illud parit, dum euincit, dū stabilit, alterū exhaurit proteritq; nonnunq; amittit utrūq; dum utrūq; cōplecti studet, uix alteri administrando idoneus, semel inter principes coueniat, quid quisq; debeat administrare, ac ditionis fines, semel datos, nulla proferat aut contrahat affinitas, nulla conuallant foedera, ita suam quisq; portionem ente q; potest ornatissimam reddere, dum in unam omne

studium intendet, hanc conabit rebus optimis locupletatam suis liberis relinquere. Atque hoc sane pacto futurum est, ut ubique floreat omnia. Ceterum inter sese, non affinitatibus, aut facticijs sodalitatibus, sed sincera puraque amicitia copulentur, maximeque simili communi studio bene merendi de rebus humanis. Principi uero succedat, uel qui genere proximus, uel qui populi suffragijs maxime iudicabit idoneus. Ceteris sat sit, inter honestos haberi proceres. Regium est nescire priuatos affectus, & omnia publicis commodis aestimare. Adhuc longinquas peregrinationes uitet princeps, imo pomeria regni nunquam transire uelit, memineritque dicti longo saeculorum consensu probati. Frons occipitio prior est. Locupletatum se existimet, non si quid alijs ademerit, sed si sua reddiderit meliora. Cum de bello agitur, ne adhibeat in consilium iuuenes, quibus ideo bellum placet, quod experti non sunt quantum habeat malorum, neue eos, quibus expedit turbare publicam tranquillitatem, quique populi calamitatibus aluntur, ac saginantur. Senes cordatos & integros accersat, & quorum pietas patriae spectata sit. Nec temere ad unius aut alterius libidinem bellum moueat, quod semel coeptum, haud facile finit. Res oim periculo sissima, non nisi totius populi consensu suscipiatur. Belli causae statim praedicendae sunt. Ad quaedam conuiuendum, comitas comitatem inuitabit. Nonnunquam emendata pax. Ea si ratione subduxeris, quid bellum fuerit exhausturum, & quot ciues ab exitio serues, paruo empti uidebitur, etiamsi magno emeris. Quam praeter ciuium tuorum sanguinem, plus erat bello impendendum. In eas rationem, quam

E

21

tum bonorum tuearis, & impendij non poenitebit.
Fungantur interim suo officio praesules, Sacerdotes ue-
re sint sacerdotes. Monachi professionis suae memine-
rint. Theologi quod Christo dignum est, doceant.
Conspirent omnes aduersus bellum, in hoc latent om-
nes. Pacem publice priuatimque praedicent, efferant, in-
culcent. Tum si minus possint efficere, ne ferro decer-
natur, certe ne probent, ne interfint, ne rei uel tam scele-
ratae. uel certe tam suspectae, ipsis auctoribus honos ha-
beant. Satis sit in bello caesis, in profano sepulchre dari,
Si qui boni sunt in hoc genere, quae certe paucissimi sunt,
non ob haec fraudabunt suo praemio. Caeteri impij, quae
maxima turba est, minus sibi placebunt, honore detra-
cto. De his bellis loquor, quae uulgo Christiani cum chri-
stianis committunt. Nec enim idem sentio de his, qui sim-
plici pioque studio uim incurfantium Barbarorum depel-
lunt, & suo periculo publicam tranquillitatem tuentur.
Nunc trophaea sanguine tincta eorum pro quorum salute chri-
stus suum fudit sanguinem reponuntur in templis, in
apostolorum, ac martyrum statuas, quasi posthac pium sit fu-
turum, non fieri martyres, sed facere. Abunde magnus erat
haec in foro, aut armario quae pia reposita seruari, in sacras edes
quae purissimas esse decet, nihil recipi conuenit, quod sangui-
ne sit inquinatum. Sacerdotes deo sacri, nusquam adsint, nisi
ad dirimenda bella. In haec si consentiant, si eadem ubique
inculcent, plurimum habitura momenti est. Quod si hic
fatalis est humani ingenij morbus, ut prorsus absque bel-
lis durare nequeat, quin potius malum hoc in Turcas ef-
funditur, tametsi praestabat & hos doctrina, bene factis,

uitæq; innocentia, ad christi religionem allicere, q̄ armis
adoriri. Attamen si bellum, ut diximus, omnino uitari
non potest, illud certe leuius sit malum, q̄ sic impie chri-
stianos inter se committi, collidiq;. Si mutua charitas il-
los non adglutinat, certe cōiunget utcūq; communis ho-
stis, & qualiscunq; syncretismus erit, ut absit uera cōcor-
dia. Postremo magna pars pacis est, ex animo uelle pa-
cem. Quibus enim pax uere cordi est, hi omnes pacis oc-
casiones arripiunt, quæ obstant, aut negligunt, aut amo-
liunt, permulta ferunt, dum tantum bonum sit incolu-
me. Nunc ipsi belloꝝ seminaria quærunt, quod ad con-
cordiam facit, eleuant, aut dissimulant etiam, qđ ad bel-
lum tendit, ultro exaggerant, exulcerantq;. Pudet refer-
re, ex cuiusmodi nugis, quantas excitent tragoedias, &
ex q̄ minuta scintillula, quæ reꝝ tempestates exoriant.
Tunc illud iniuriarū agmen uenit in mentem, & suū q̄-
q; malum sibi exaggerat, At benefactorum interim p-
funda obliuio, ut iures affectari bellum. Et sæpe princi-
pum priuatum quiddam est, quod orbem ad arma com-
pellit. At plusq; publicum esse debet, ob quod bellū sus-
cipiatur. Quin ubi nihil subest causæ, ipi dissidiorū cau-
sas sibi fingunt, regionum uocabulis ad odiorum alimo-
niam abutentes, & hunc stultæ plebis errorem alunt ma-
gnates, & in suum abutuntur compendium, alunt sacer-
dotes quidam. Anglus hostis est Gallo, nec ob aliud, ni-
si qđ Gallus est. Scoto Britannus ifensus est, nec aliā ob
rē, nisi qđ Scotus est. Germanus cū Frāco dissidet, Hispa-
nus cū utroq;. O prauitatem, Dissungit inane loci uo-
cabulū, Cur nō potū tot res cōciliāt? Male uis Britānus

E ij

21

Gallo, Cur non potius bene uis homo homini? Christianus Christiano? Cur res friuola plus apud istos potest, quam tot naturae nexus? tot Christi uincula? Locus corpora dirimit, non animos. Separabat olim Rhenus Gallum a Germano, at Rhenus non separat Christianum a Christiano. Pyrenei montes Hispanos ab Italis seiungunt, at iidem non dirimunt ecclesiae communionem. Mare dirimit Anglos a Gallis, at non dirimit religionis societatem. Paulus Apostolus indignatur audire inter Christianos has uoces, Ego sum Apollo, ego sum Cepha, ego sum Pauli, nec impia cognomina sinit secari, Christum omnia conciliantem, & nos commune patriae uocabulum grauem causam iudicamus, cur gens in gentis internitionem tendat? Ne id quidem satis non nullorum animis bellorum audivis, prae dataque opera dissidiorum anfas quaerunt, ipsam diuidunt Galliam, & ea uocabulis distrahunt, quae nec maria, nec montes, nec uera regionum nomina distrahunt. E Gallis Germanos faciunt, ne uel nominis consortio coalescat amicitia. Si in actionibus odiosis, uelut diuortij, nec litem facile recipit iudex, nec quolibet admittit probationem, cur isti in re omnium odiosissima quamlibet friuolam causam admittunt? Quin potius id quod res est, cogitant, mundum hunc communem esse patriam omnium, si patriae titulus conciliat, ab iisdem maioribus ortos omnes, si facit amicos sanguinis affinitas, ecclesiam unam esse familiam, ex a quo communem omnibus, si domus eadem copulat necessitudines. In hanc partem ingeniosos esse par est. Toleras quaedam in socero, non ob aliud nisi quod socer est, & nihil toleras in eo, qui religionis consortio frater est? Mul

ta condonas generis propinquitati, & nihil condonas af-
finitati religionis: Certe nullum uinculum arctius alli-
gat, q̄ Christi sodalitas. Cur id solum ob oculos obuersa-
tur, q̄d animum exulcerat: Si paci faues, sic cogita poti-
us, in hoc læsit, sed sæpe alias profuit, aut alieno impulsu
læsit. Postremo, quemadmodum apud Homer̄ dissidi-
causas, q̄d inter Agamēnonem & Achillem intercesse-
rat, in Aten deam reiiciunt, qui uocant ad concordiam,
ita quæ excusari non possunt, aliquando fatis imputen-
tur, aut malo cuiquam si libet Genio, & in hæc odium ab
ipsis hominibus transferat. Cur magis ad perniciem suã
sapiunt, q̄ ad tuendam foelicitatem: Cur ad malum, q̄ ad
bonũ sunt oculatiores: Qui paulo cordatiores sunt, ex-
pendunt, consyderant, circumspeciant, priusquã priua-
tum quoq̄ negotium aggrediant. Et clausis oculis præ-
cipites in bellum ipsi sese conijciunt, præsertim cum se-
mel admissum, excludi non possit, quin e pusillo fit ma-
ximũ, ex uno plura, ex incruento cruentum. Maxie cũ
hæc procella, non unum aut alter̄ affligat, sed uniuersos
pariter inuoluat. Quod si uulgus hæc par̄ expēdit,
certe principis & optimatum partes sunt, hæc secum re-
putare. Sacerdotum est ista rationibus omnibus infulci-
re, uolentibus ac nolentibus ingerere. Hærebunt tandē
si nusquam non audiant. Ad bellum gestis: primũ inspi-
ce, cuiusmodi res sit pax, cuiusmodi bellum, quid illa bo-
nor̄, quid hoc malor̄ secum uehat, atq̄ ita rōnem ine-
as, num expediat pacem bello permutare. Si res quædã
admirabilis est, regnum undiq̄ rebus optimis florēs, bñ
conditis urbibus, bñ cultis agris, optimis legibus, hone-

21

stissimis disciplinis, sanctissimis moribus, cogita tecum, hæc foelicitas mihi perturbanda est si bello. Contra si quæ cõspexisti ruinas urbium, dirutos uicos, exusta fana, desolatos agros, & id spectaculum miserandum ut est, uisum est, cogita hunc esse belli fructum. Si graue iudicas sceleratam conductitiõrũ militum colluuiem in tuam regionem inducere, hos ciuium tuorũ malo alere, his inseruire, his blandiri, imo horũ arbitrio teipsum, ac tuam incolumitatem committere, fac cogites hanc esse belli cõditionem, si abominaris latrocinia, hæc docet bellum, si execraris paricidium, hoc in bello discitur. Nam qui uereatur unum occidere commotus, qui leui autoramento conductus tot hoies iugulat? Si præsentissima Reip. pestis est, legum neglectus, silent leges inter arma. Si foedum existimas stuprum, incestum, & his turpiora, horũ oim bellum magister est. Si fons omnium malorũ est impietas, & religionis neglectus, hæc belli procellis prorsus obruitur. Si iudicas pessimum esse Reipu. statum, cũ plurimũ possunt, qui pessimi sunt, in bello regnant sceleratissimi, & quos in pace suffigas in crucem, horũ in bellis primaria est opera. Quis enim melius p̄ deuiã ducet copias, q̄ latro exercitatus? Quis fortius diripiet ædes, aut spoliabit templa, q̄ parietum p̄fossor, aut sacrilegus? Quis animosius feriet hostem, & hauriet ferro uitalia, q̄ gladiator, aut paricida? Quis æque idoneus ad iniiciendum ignem urbibus, aut machinis, q̄ incẽdiarius? Quis æque contēnet fluctus, marisq̄ discrimia, ac pirata diutinis prædationibus exercitus? Vis palam cernere, q̄ res sit impia bellum, animaduerte p̄ quos gerit. Si pio prin-

20.
principis
cipi nihil antiquius esse debet, quæ suorum incolumitas, huic
bellum in primis inuisum sit, oportet. Si principis foelici-
tas est imperare filiabus, pacem potissimum amplecti de-
bet. Si præcipue optandum bono principi, ut imperet
quæ optimis, bellum detestetur oportet, unde scetet omnis
impietatis sentina. Si suas opes esse putet quicquid ciues
possident, bellum omnibus rationibus uitet, quod ut fo-
elicissime cadat, certe facultates omnium atterit, & quod hone-
stis artibus partum est, in immanes quosdam carnifices ero-
gandum. Iam illud etiam atque etiam perpendant, suam cui-
us blandiri causam, & suam cuiusque spem arridere, cum illa
sæpenumero pessima sit, quæ commoto uideatur æquis-
sima, & hæc non raro fallit. Sed finge causam iustissimam,
finge exitum belli prosperrimum, rationem fac in eas, omnium inco-
modorum quibus gestum est bellum, & commoditatum
quas peperit uictoria, & uide num tantum fuerit uineere.
Vix unquam uictoria continet incruenta. Iam habes tu-
os humano sanguine polluros. Ad hæc supputa morum,
publicæque disciplinæ iacturam, nullo compendio sarcien-
dam. Exhauris tuum fiscum, expilas populum, oneras bo-
nos, ad facinus excitas improbos, neque uero confecto bel-
lo, prorsus & belli reliquiae sopitæ sunt. Obsolescunt ar-
tes, intercludunt negotiorum commercia. Vt hostem inclu-
das, prius temetipsum a tot regionibus cogereis excludere.
Ante bellum omnes finitimæ regiones tuæ erant, pax enim
rerum commercijs facit omnia conuia. Vide quantam rem egeris,
nunc uix tua est, quæ maxime tua est ditio. Vt oppidulum
excindas, quæ machinis, quæ tentorijs opus est. Imitatitia ur-
be facias optet, ut ueram euertas, at minoris aliud uerum opus

pidum extrui poterat. Ne liceat hosti p̄dire ex oppido,
tu exul a patria, sub dio dormis. Minoris constaturum
erat, & edificare noua moenia, q̄m aedificata machinis demo-
liri. Vt ne computem hic, quod pecuniar̄ effluit inter
exigentium, recipientium, ac ducum digitos, quæ sane
pars est non minima. Quod si hor̄ singula ad uer̄ cal-
culum reuoces, ni compereris decima impendior̄ par-
te pacem redimi potuisse, patiar æquo animo me profligari undiq̄. Sed par̄ excelsi animi tibi uideare, si qd re-
mittas iniuriar̄, imo nullum est certius argumentũ hu-
milis animi, minimeq̄ regij, q̄m ulcisci. Maiestati tuæ non
nihil decedere putas, si cum finitimo principe agens, &
fortasse cognato, aut affini, fortassis alias bene de te meri-
to, de tuo iure decedas aliquantulum. At quanto humi-
lius deijcis maiestatem tuam, dum barbaris cohortibus,
& infimæ scelerator̄ feci, nunq̄ explendæ auro. Subin-
de litare cogeris, dũ ad Cares uilissimos, simul ac nocen-
tissimos blandus ac supplex mittis legatos, dum tuũ ipsi-
us caput, dum tuor̄ fortunas, illor̄ credis fidei, quibus
nihil est neq̄ pensũ, neq̄ sancti. Quod si quid iniquitatis
uidebit̄ habere pax, caue sic cogites, hoc perdo, sed tanti
pacem emo. At dixerit argutior aliqs, Facile donarim,
si res ad me priuatim pertineat, Princeps sum, negotiũ
publicum, uelim nolim, ago. Non facile bellum suscipi-
et, qui nihil nisi publicum spectat. At qui cõtra uidemus
omneis belli causas ex his rebus nasci, quæ nihil ad po-
pulum pertineant. Vis hanc aut illam ditionis partem
uindicare? Quid istud ad populi negotium? Vis ulcisci,
qui filia renunciauit, quid hoc ad Rempublicam? Hæc

21
expendere, hæc perspicere, uere sapientis, uereq; magni
est principis. Quis unq; aut latius imperauit, aut splendi-
dus Octauio Augusto; at is cupiebat etiã deponere im-
perium, si quem uidisset Reipu. magis salutarem princi-
pem. Merito laudata est ab egregijs auctoris uox illa
cuiusdam Imperatoris, Pereãt, inquit, filij mei, si quis ali-
us melius sit Reipu. consulturus. Hos animos Reipub.
præstiterũt homines impij, quod ad Christi religionem
attinet, & Christiani principes usq; adeo uilem ducunt
populum Christianum, ut grauissimo orbis incendio pri-
uatas suas cupiditates, uel ulcisci uelint, uel explere? lam-
audio quosdam ita tergiuersantes, ut negent se tutos eẽ
posse, nisi uim improborũ acriter propellant. Cur igitur
inter innumeros Imperatores Romanos soli Antonini,
pius & philosophus petiti nõ sunt? Nisi quod nemo tu-
tius regnat, q̃ qui paratus est & deponere, utpote quod
Reipub. gerat, non sibi. Quod si nihil uos mouet, neq;
naturæ sensus, neq; pietatis respectus, neq; tanta calami-
tas, certe Christiani nominis probrum, animos uestros
in concordiam redigat. Quota mũdi portio tenet a Chri-
stianis? Atq; hæc tamen est illa ciuitas in ædito monte si-
ta, spectaculum facta deo & hominibus. At quid sentire
putandum est, quid loqui, quæ probra in Christum euo-
mere Christiani nominis hostes, ubi uident Christianos
sic inter sese concertare, leuioribus de causis, q̃ Ethnici,
crudelius q̃ impij, machinis tetrioribus q̃ ipi. Quorũ in-
uentum est bombardæ? Nonne Christianorũ? Et quo res
sit idignior, his indunt Apostolorũ nomina, in sculpunt
imagines. O crudelis irrisio. Paulus ille pacis hortator
F

21. 0

perpetuus, tartaream machinam torquet in Christianū:
Si cupimus Turcas ad Christi religionem adducere, pri-
us ipsi simus Christiani. Nunquā hoc illi credent, si quod
est, perspiciant nusquā magis sœuire, quā apud Christianos,
id quod Christus unum omnium maxime detestatus ē.
Et quod Homericus Ethnicus demirat in Ethnicis, cū
suauium etiam rerum facietas sit, somni, cibi, potus, cho-
reæ, musices, belli infœlicis nullam esse satietatē, id apud
eos uerissimū est, quibus ipsum etiam belli uocabulum
abomniandum esse oportuit. Roma furiosa quondam il-
la bellatrix, tamen Ianī sui templum aliquoties uidit clau-
sum. Et qui conuenit apud uos nullas esse bellandi feri-
as? Quonam ore prædicabitis eis Christum pacis aucto-
rem, ipsi perpetuis dissidijs inter uos tumultuantes? Iam
quos putatis animos addit Turcis uestra discordia? Ni-
hil enim facilius quā uincere dissidētes. Vultis illis esse for-
midabiles? Concordes estote. Cur ultro uobis & præ-
sentis uitæ iucunditatem inuidetis, & a futura foelicitate
uultis excidere? Multis malis per se obnoxia est uita
mortalium, magnam molestiæ patem adimet cōcordia,
dum mutuis officijs alius alium, aut consolatur, aut iuuat.
Si quid boni obtinet, id tum suauius, tum communt-
us reddet concordia, dum amicus impartit amico, & be-
neuolus beneuolo gratulatur. Quam friuola sunt, quāquā
mox peritura, pro quibus inter uos tumultus est, mors
omnibus imminet, nō minus regibus, quā plebeijs. Quos
tumultus ciet animalculum, mox fumi in morem euani-
tury. In foribus adest æternitas. Quorsum attinet, pro re-
bus istis umbraticis, perinde moliri, quasi uita hæc esset

immortalis: O miseros, qui fœlicem illam piorũ uitã nõ
credunt, aut non sperant impudentes, qui sibi pollicen-
tur, e bellis ad eam iter esse, cum illa nihil sit aliud, q̃ in-
effabilis quædam fœlicium animorũ communio, cum iã
ad plenum cõtinget, quod Christus tam enixe rogaue-
rat patrem cœlestem, ut sic inter se iungerent̃ illi, quem
admodum ipse patri iunctus esset. Ad hanc summã cõ-
cordiam qui possitis esse idonei, nisi eam interim pro ui-
rili meditemini: Vt nõ subito ex spurco helluone fit an-
gelus, ita non subito ex bellatore sanguinario, martyre
ac diuorũ socius. Eia satis iam, superq; fufum est Christia-
ni, si parũ est, humani sanguinis, satis i mutua debaccha-
tum exitia, satis hætenus Furijs, Orcoq; litatũ, satis diu
quæ Turcarum pascant oculos, acta est fabula. Saltem ali-
quando post nimium diu toleratas bellorum miserias re-
sipiscite. Quicquid hætenus insanitum est, satis impute-
tur, placeat Christianis, quæ quondam profanis placuit,
superiorum malorum obliuio, posthac communibus cõ-
silijs in pacis studium incumbite. Et sic incumbite, ut
non stuppeis, sed solidis atq; adamãtinis uinculis coeat,
nuncq; dirumpenda. Vos appello principes, de quorum
nutu potissimum pendent res mortalium, qui Christi
principis imaginem inter mortales geritis, agnoscite re-
gis uestri uocem, ad pacem uocantis. Existimate totum
orbem diutinis fessum malis, hoc a uobis flagitare. Si qd
cui dolet etiam, æquum est hoc publicæ omnium fœlici-
tati donare. Maius est negocium, quam ut leuib; cau-
sis debeat retardari. Appello uos sacerdotes deo sacri,
hoc studijs omnibus exprimate, quod deo gratissimum

esse scitis. hoc depellite, quod illi maxime inuisum. Appello uos Theologi, pacis Euangelum prædicate, hanc semper popularibus auribus occinite. Appello uos episcopi, alijq; dignitate ecclesiastica præminentes, ad pacem æternis uinculis astringendam uestra ualeat auctoritas. Appello uos primates, & magistratus, ut sapientiæ Regum, ut pietati Pontificum uestra uoluntas sit adiutrix. Vos appello p̄miscue, quicūq; Christiano nomine censemini, cōsentientibus animis in hoc cōspirate. Hic ostēdite quantum ualeat aduersus potentum Tyrannidem, multitudinis concordia. Huc pariter omnes omnia sua cōferant. Iungat æterna concordia, quos tam multis rebus coniunxit natura, pluribus Christus. Communibus studijs agant omnes, quod ad omnium ex æquo foelicitatē pertinet. Huc inuitant omnia, primū ipse naturæ sensus, atq; ipsa, ut ita dicam, humanitas. Deinde totius humanæ foelicitatis princeps & auctor Christus. Ad hæc tam multa pacis commoda, tot belli calamitates. Vocāt huc ipsi principum animi, iam uelut afflante deo, ad concordiam propēli. En pacificus ille, placidusq; Leo, signum omnibus extulit, ad pacem inuitans, uereq; Christi uicarium agens. Si uere oues estis, sequimini pastorem. Si filij, audite patrem. Vocat huc ille non titulo tantū Christianissimus Galliarū Rex Franciscus, qui pacem nec emere grauat, nec usq; suæ maiestatis habet ratiōem, modo publicæ paci consulat. hoc deniq; uere splendidum ac regium esse docens, de genere humano q̄ optime mereri. Vocat huc charissimus princeps. Carolus, incorruptæ indolis adolescēs. Nec abhorret Cæsar Maximilianus,

23.

Nec detractat inclytus Angliæ Rex Henricus. Tanto
rum principum exemplum, cæteros libenter imitari par
est. Maxima plebis pars bellū detestat, pacem orat. Pau
culi quidam modo, quorū impia fœlicitas a publica pen
det infœlicitate, bellū optant. Quorū improbitas ut plus
ualeat, q̄ bonorū omnium uoluntas, æquum sit, nec ne,
uos ipsi expendite. Videtis hæctenus nihil actum fœde
ribus, nihil promotum affinitatibus, nihil ui, nihil ulciscē
do. Nunc contra periculum facite, quid possit placabili
tas, quid beneficentia. Bellum e bello serit, ultio trahit ul
tionem. Nunc gratia gratiam pariat, & beneficium be
neficio inuite, isq; regaliior uideat, qui plus de suo iure
concesserit. Non successit quod humanis studijs gestū
est, at fortunabit ipse Christus pia concilia, quæ se aucto
re & auspice uiderit suscipi. Aderit dexter, aspirabit, fa
uebitq; fauentibus ei rei, cui fauit ipse plurimū, priuatos
affectus publica uincat utilitas. Quāq; dum huic consu
lit, & sua cuiq; fortuna melior reddet, principibus regnū
erit augustius, si pijs ac fœlicibus imperent, ut legibus
regnent magis q̄ armis, proceribus maior ueriorq; di
gnitas, sacerdotibus ocium tranquillius, populo quies
uberius, & ubertas quietior, Nomen Christianum for
midabilius crucis hostibus. Deniq; singuli singulis, &
omnes omnibus chari simul & iucūdi eritis, super omnia
Christo grati, cui placuisse summa fœlicitas est.

DIXI.

F iij

ERASMVVS ROTERODAMVS, HEN
rico Glareano suo, S. D.



Nte complures annos, cum Senæ, valetudinis
confirmandæ gratia, menses aliquot commora-
rer, D. Guiliehmum archiep̄m, titulo diui An-
dræ, foelicissime indolis adolescētem, apud quē
tum diuersabar, varijs thematis, quas Græci
μελέτας vocant, exercui. Ex his a me neglectis, nescio quo ca-
su, seruatum hoc vnum inter schedas reperi. Id hac lege ad te
mitto, vt si non probas, abijcias quo meretur, Sin approbas,
nostro exemplo tuos item adolescentes hoc genus argumen-
tis exerceas, atq; etiam, si videat, libellum hūc cæteris lucubra-
tionibus meis adiiciendum cures, Bene vale Glareane, Helue-
tiæ tuæ decus,

D. ERASMI ROTERODAMI, IN
genere consolatorio declamatio.



VAM ACERBVM
uuln⁹ ex optimi pueri de-
cessu p̄ acceperis, eadem
ex meo ipsius dolore faci-
le coniecturā facio. Quare
uehement̄ sim inhūanus,
si parentē in tā tristi casu
lugere uetē, cū alienus ip̄e
non queam nō lugere. Impudēs aut̄ merito uidear, si tuo
dolore parē mederi, cū mihi ipsi medico sit opus, siq; p̄ri-
coner lachrymas abstergere, cum ip̄e lachrymarū nullū
adhuc modum facere possim. Quāq; eīm hoc fortunæ
telū, paternū pectus altius ferire debuit, tñ illd̄ tibi præ-
stare solet singularis quædam sapiā, ut omneis casus hu-
manos, nō solum forti & infracto, uer̄ etiā alacri p̄feras

24

año. Proinde tibi constes optet, ut animi dolorē, oīno iu-
stissimū (quis em̄ neget?) si nondū potes abijcere, certe
p̄mas, ac modereris. Cur aut̄ non etiam abijcias? uideli-
cet, ut quod ab idiotis impetrat paucorū dierū spacium,
id a sapientissimo uiro impetret rō. Nam quæ matercula
tam impotenter filiū mortē luget, cui dies non ægritudi-
nem leniat primū, deinde penitus etiam adimat? Nusq̄
animo deijci, sapientis est, at in his casibus, quibus om̄es
ex æquo, maximi pariter ac minimi sumus obnoxij, do-
lere immoderatiū, extremæ uecordiæ mihi uideat̄ esse.
Quis em̄ ignorat, nisi prorsus incogitans, hac se lege na-
tum esse, ut q̄ncunq̄ uocarit deus, sit protinus hinc emi-
grandum? Itaq̄ qui mortem hoīs deplorat, quaeso, quid
aliud, q̄ se mortalem esse deflet? Aut cur potius mortem
deplores, q̄ natiuitatem, cum utraq̄ iuxta secundum na-
turam sit? Perinde ac si quis gratias agat, quod ad conui-
uium sit admissus, queraat̄ autē sese dimitti. Quod si quis
uelut e sublimi specula, uniuersi mortalium generis cō-
ditionem, uitāq̄ contemplet, nō merito delicatus sibi ui-
deat̄, si inter tot orbitatis exempla, inter tam densa senū
ac iuuenum funera, grauius discrutietur animo, perinde
quasi soli nouum aliquod, ac magnum malum acciderit,
quasiq̄ unus tanq̄ albæ, qd̄ aiunt, gallinæ filius, extra pu-
blicam aleam statui postulet. Quas ob res sapientissimi
legum conditores, uti luctum aliquem parentum affecti-
bus indulgent, ne uidelicet a quibuslibet ἀπρόσῳ illam
exigere uideantur, a nonnullis etiam Stoicis damnatam,
ita eum modicis sane finibus circumscripserunt. Siue
qd̄ intelligerent, in id genus casibus, qui cum oīm sunt

21

communes, tum uero non fortunæ iniuria, sed ipso natura cursu atq; ordine inducunt, breuem moerorem sufficere, uel infirmioribus, utpote natura, uulnus quod infligit, leniente, sensimq; cicatricem obducente. Siue quia perpenderit, dolorem non solum inutilem esse his quibus impendit, uerumetiam perniciosum his, a quibus sumit, grauem ac molestum amicis ac familiaribus, uitæq; socijs. ¶ Iam uero si quis rem recta reputet uia, an non dementiæ species esse uideat, ultro malum malo addere, & cum fati iacturam nulla ratione sarcire possis, tamen ultro tibi perniciem accersere? Perinde ut si quis ab hoste, nonnulla facultatum parte spoliatus, quicquid reliquum est, id omne iratus in mare deiciat, adq; eum modum fortunam suam deplorare sese prædicet. Quod si nos parum mouet Mimus ille nobilis, & quouis etiam philosopho dignus, Feras, non culpes, quod mutari non potest, certe Davidis sapientissimi Regis exemplum pulcherrimum in mentem ueniat. Cui simulatq; pueri, quem tenerrime diligebat, mors est nunciata, confestim solo erexit sese, puluerem absterfit, cilicium abiecit, deinde lotus & unctus, uultu mutato, alacris ad epulas accessit. Id factum admirantibus amicis, Quid est? inquit, cur me iam conficiam dolore? Nam antehac, utcumq; spes erat fieri posse, ut meo luctu flexus deus, infantem seruaret, nunc nullis ille lachrymis ad nos reuocari potest, Nos ad illum breui properabimus. Quis tam demens, ut cuiq; supplex esse uelit, quem certo sciat precibus non commoueri? At morte nihil inexorabilius, nihil surdus, nihil rigidus. Arte mansuescunt ferae, uel immaniissima. Est quo frangat mar

mor, est q̄ mollescat adamas, nihil ē q̄ mortē delinias. Ea
nec formę parcat, nec opibus, nec ætati, nec īperijs. Atq̄
ob idip̄m æquiore ferenda aīo, uel qđ ieuitabilis, uel qđ
tā ex æquo cōis oībus. Iam uero qđ ego tibi recēdere p̄-
gam tot Ethnicorū exēpla, q̄ suorū interitū excelso īfra-
ctoq̄ tulerint aīo. A q̄bus anī fortitudine supari Chria-
nos, nōne turpissimū uideat? Nūc tibi succurrat nobilis
illa, meritoq̄ lris oīm celebrata, Telamonis & Anaxago-
ræ uox, Sciebā me genuisse mortalē. Succurrat Pericles,
Atheniensū dux, nō tā eloq̄ntia, q̄ anī fortitudine cele-
bris, q̄ cū intra q̄triduum duobus mirificis adolescētulis
orbatus esset, solito uultu, atq̄ adeo coronatus, etiā ī cō-
cione differuit. Succurrat Xenophon ille Socrate præ-
ceptore dignus, Cui cū int̄ sacrificādū, mors filij eēt nū-
ciata, coronā mō deposuit, atq̄ eādē mox reposuit, siq̄
atq̄ fortit̄ ī acie cecidisse cognouit. Succurrat Dion Sy-
racusan⁹, q̄ cū ī amicorū cōfessu nō nihil agitaret, ac subi-
to tumultu ī ædibus coorto sciscitatus, qđ esset rei, didi-
cisset filiū de regulis lapsum iterisse, nihil cōmotus, iussit
extincti corpus mulieribus rite sepeliendū tradi, sese qđ
īstituerat, nō omissurū. Hūc imitat⁹ Demosthenes, amis-
sa filia charissima atq̄ unica, septimo ab eius obitu die co-
ronatus, & cādido uestitu ad pplm̄ pdijt. Cuius facti, &
fidē cōfirmavit & illustrauit gl̄iam, Æschinis inimici cri-
minatio. Succurrat rex Antigonus, cui cū nūciatū esset,
filiū ī extraordinario cōflictu cōcidisse, paulisp̄ cūcta-
tus, & intuēs eos q̄ renūciarant, magno qđem aīo, Sero
inq̄t interisti Alcynonen (nā id erat filio nomē) q̄tā te-
mere ī hostes te cōieceris, neq̄ tuæ salutis, neq̄ meorū
mēor monitorū. Qđ si Romana te magis capiūt exem-

G

21. 0

Horatius pla, respice Puluillū Horatī, cui capitolīū dedicanti, cū nunciatū esset, filiū uita defunctū esse, nec manū a poste remouit, neq; uultū a religione ad priuatū dolorē flexit. *Emilius* Respice Paulū Emiliū, q̄ intra septē dies duob; amissis filijs, p̄gressus in concionē, ultro pp̄lo Romano gratulatus ē, qđ publicā fortunā inuidiā, domestico luctu redemisset. *Fabius* Cogita Q. Fabiū Maximū, q̄ cū filiū consularē, & egregijs clar; gestis amisisset, cōsul ī cōcionē prodijt, & encomiū filij recitauit. Interea Catonē Censoriū, cui cū filius natu maior obisset, singulari īgenio, summa uirtute iuuenis, ad hęc prætoria designat; nihil tñ hoc casu cōmotus ē, ut reip. negotia segnīus administraret. *Martius* Occurrat Martius, cognomēto Rex, is cū filiū summæ pietatis, magnæ spei, postremo unicū amisisset, orbitatē suā adeo īfractō tulit aīo, ut statim a rogo iuuenis, curiā peteret, ac senatū legis ferēdæ cā euocaret. *Sylla* Occurrat L. Sylla, cui filij mors, nihil oīno acerrimā illius ī hostes uirtutē cōtudit, nec effecit, ut falso sibi Fœlicis cognomētū usurpassē uideret. *Bibulus* L. Bibulus postero statim die, q̄ utrūq; filiū īterfectū cognouit, ad solita officia, p̄cessit ī publicū. *Cæsar* Huius collega. C. Cæsar, cū Britannā pagraret, & filie mortē didicisset, tñ ītra tertiū diē impatoria obiit munerā. *Crassus* M. Crassus ī Parthico bello, cū filij caput pilo p̄fixū cōspiceret, nam id hostes ludibrij cā p̄pius accedētes ostētabāt, cōuitijs etiā exasperātes calamitatē, usq; adeo nō est aīo cōsternatus, ut repēte p̄ oēs ordies eq̄ circūuectus clamaret, suū hoc malum priuatim, cæter; publicā Reip. salutē in militū īcolumitate sitā esse. Atq; ut omittā exēploꝝ agmē, Gallos, Pisones, Scauolas, Metellos, Scauros, Marcellos, Aufidios, Claudius Cæsar, cū eum

amississet, quæ & genuerat & optauerat, ipse tñ pro rostris
 laudauit filiū, i cōspectu posito corpore, iteriecto tñmō
 uelamēto, qđ Pontificis oculos a funere arceret, & flēte
 pplo Romano, solus non fleuit p̄r. Atq; ut hos qđē imi
 tari pulchrū, ita turpissimū sit, nō prestare uiros eū aīm,
 quē foemīæ prestiterūt. *Cornelia* Cornelia duos filios, T. Gracchū
 & C. Gracchū, & occisos uidit & isepultos. At cōsolan
 tibus amicis, ac miserā dicētibus, Nunq̄, inqt, nō foelicē
 me dicā, quæ Gracchos pepi. Sed qđ nos hæc ex prisco
 rū annalibus repetimus: Quasi uero nō q̄tidiana uita, sa
 tis exemplorū suppeditet: Circūspice uicinos, circūspice
 cognatos & affines, q̄t repies etiā mulierculas, quæ mor
 tē liberorū moderate ferāt: Intantū nō opus ē ad hāc rē,
 magnis philosophiæ præsiđijs. Nam siqs mō secū aīo re
 putarit, q̄ calamitosa sit hæc nra oīs uita, q̄t piculis, quot
 morbis, q̄t casibus, q̄t curis, q̄t incōmodis, q̄t uitijs, q̄t iū
 rijs sit obnoxia, q̄t exigua pars eius nobis abeat, nō dicā
 cū uoluptate, sed nō aliq̄ ægritudine cōtaminata, deinde
 q̄ fugax etiā ac præceps, ppemodū etiā gratulabit̄ ijs, q̄
 maturius eā reliq̄rint. Brevitatē grauiū expressit Euripi
 des, q̄ uitam mortalīū, dieculam unā appellat. Sed meli
 us Phalereus Demetrius, Euripidem castigans, qui eam
 non potius temporis punctū dixerit. Optime uero Pin
 darus, qui uitam hominum, umbræ somnium appellat.
 Res duas maxime nihili coniunxit, umbram & somni
 um, ut plane q̄ sit inanis hæc uita, demonstraret. Porro
 q̄ eadem sit calamitosa, probe perspexisse uidentur anti
 qui Poetæ, qui mortalium genus, non alio epitheto re
 ctius insigniri posse iudicarunt, q̄ si eos *μοχθιστους* *καὶ*
θελούς .i. calamitosos ac miseros cognouerēt. Nā prima
 G η

Cornelia

Vita hōmīnū



21. 0

Ante die

pars æui, quæ quædam optima putat, sese nescit, Mediã p̄ti-
nus negotiorum tumultus, curarumq; excipiunt, Extremã mor-
bi ac senectus occupat, ut de foelicissimis iterim agam⁹.
Quis igitur non optimo iure p̄bet illã Sileni sniam, opti-
mũ esse nõ nasci, p̄ximũ quocysime aboleri? Quis nõ ap-
probet Thracũ institutũ, q̄ nascẽtes, luctu lamẽtisq; exci-
piunt, rursus exeũtes e uita, gaudio, gratulatiõibusq; p̄-
sequi solent? Quid si quis ipse sibi narret, quæ suis auditoribus so-
litus est Hegesias, is & suã mortẽ optabit potius, quã horre-
scet, & suorũ obitũ æquissimo feret. At obstrepit ite-
rim paternus dolor. An diẽ perijt, perijt adhuc ephebus,
perijt optimus, ac singulari pietate filius, uitaq; longissima
dignus. Querit naturæ uices inuerti, quã filio p̄r, iuueni
senex sup̄stes sit. Sed obsecro te p̄ deũ immortalẽ, Quid tam
dem appellas an diẽ? Quasi uero nõ unusquisq; uitæ dies
& sup̄mus eẽ possit. Alius in mat̄ni latebras uteri, uix
dũ hõ præfocãt, & in fingẽtis adhuc naturæ manus in-
tercidit. Alius dũ nascit, Alius dũ uagit, i cunis abripit.
Alius i ip̄o statim æui flore, uix dũ p̄cepto uitæ sensu,
perit. Ex tot hoim milibus, quã paucis datũ est ad senectæ
limẽ, quẽadmodũ uocat Homerus, p̄tingere? Hac nimi-
rũ lege deus animũ i huius corpusculi præsidio cõstitu-
it, ut quocunq; die, quocunq; momento iusserit decedere, p̄ti-
nus inde sit exeundũ. Neq; uero quisq; an diẽ euocari sibi
uidere possit, cũ nulli sit certus dies præscriptus, sed is de-
mũ legitimus est dies, quẽcunq; impator ille n̄r sup̄mũ eẽ
uoluerit. Nos si sapimus, unũquẽlibet p̄inde ut sup̄mũ
opiemur. Quãquã in tanta uitæ breuitate, fugacitateq; quã-
tulum quæso refert, paulo serius, an maturius eximaris?
Neq; eĩ magis intesse uideĩ, quã cum p̄les ad capitis sup̄

pliciū ducunt, primus, tertius, an octauus feriaris, nihilo
minus mox feriendus. Quid em̄ aliud ipsa uita, q̄ ppetu-
us qdā ad mortē cursus? Nisi qd̄ cōmodius cū his agit,
q̄ tā laboriosa uitæ functiōe maturius dimittunt. Verū
ut amētis ē, iniussu impatoris e castris excedere, ita stul-
ti atq; ingrati, missionē a duce celerius datā, nō libent̄ am-
plecti, Maxie si iā nō sine laude discedat, q̄ dimittit, siq;
ad premiū, nō ad ignominiam auocat. Neq; em̄ cōuenit
æui spaciū solstitijs metiri. Recte factis estimāda ē ætas,
ut is diu uixisse putet, nō q̄ plimos ānos ἐγτώσιον ἄχθος
ἄεθ' ἔσθης, ut inq; Homerus, terrā p̄ssit, & nūero addidit, sed
q̄ grauiſ̄ pacta uitæ fabula, honestā sui memoriā posteris
reliq; . An q̄reris, qd̄ statim tibi talē filiū dederit deus, q̄-
lem optasses post annos mltos euadere? Quid qd̄ neq;
usq; adeo premature defunctus ē n̄r adolescēs. Iam uice-
simū attigerat annū, q̄ qdem ætate, mea sn̄ia, optimū est
mori, quia uiuere dulcissimū. Iam patriæ ciuē bonū, iā pa-
tri filiū piū, iā æqualibus cōuictorē iucundū, deniq; supe-
ris bonā & integrā mentē præstiterat. Decessit uitiorū
ignarus, calamitatū impit̄us. Porro qd̄ allatura fuerit ui-
ta longior, incertū. Certe plerūq; fieri uidemus, ut poste-
rior ætas, & grauioribus uitijis adolescētiae puritatē infi-
ciat, & pl̄ibus calamitatibus iuuetutis foelicitatē cōtami-
net. His oībus seu malis, seu piculis illū mors cita subdu-
xit. Nūc deniq; tuto gl̄iari potes, te filiū optimū habuif-
se, uel habere magis. Sed habueris tantū, nō habeas etiā.
Vtrū potius æquū est, discruciarī te qd̄ amiseris, an gau-
dere q̄ talē habueris? Vide ne par; grati sit anī, memisse
repetiti muneris, nō memisse dati. Magnū pfecto mu-
nus, filius pius, sed ita datū, ut ad t̄ps fruereſ, nō ut ppe-

21. 0
tuo tuū esset. Sic em̄ tecū consydera uir sapiētissime, imo
sic parit̄ cōsyderemus. Siquis princeps, sūmi p̄tj, sūmæ
q̄ artis tabulā nobis dedisset utendā, utrum eā, q̄ncunq̄
collubitū fuerit, reposcenti, sereno uultu reddemus, gr̄as
insup̄ agentes, an tristes ad hunc modū cū eo expostula
bimus? O te crudelē, q̄ p̄tioso munere nos spoliasti, q̄n
tā uoluptatē nobis ademisti, q̄ cito rē tā egregiā nec opi
nātibus eripuisti. Nōne is optimo iure, tā īgratis q̄rimo
nijs ad hunc r̄nderit modū? Hoc cōne prēmij p̄ meo of
ficio reporto? Ita ne nihil memistis, nisi hoc tm̄ qd̄ bellis
simā tabulā amisistis? Excidit aīo, gratis & ultro cōmo
dasse me: uos tot iā dies, mea benignitate pauisse ocl̄os,
animū oblectasse: qd̄ dedi, benignitatis erat, qd̄ reposco,
meo iure facio, uobis aliqd̄ ex me lucri fuit, iacturæ ni
hil fuit, nisi qd̄ uestro uitio id esse p̄priū fingebatis, qd̄
erat cōmodaticiū. Proinde perire uobis uideat̄, qd̄ repetit̄,
Imo q̄ p̄tiosior, q̄ iucundior ea res fuit, quā utendā p̄miss̄,
hoc magis atq̄ magis mihi debetis. Nec aī t̄ps̄ repetitū
uideri optet, qd̄ citra iniuriā poterat nō cōmitti. Hæc rō
si nullo pacto refelli poterat, cogita q̄nto iustius natura,
dolorē ac q̄relas n̄ras hm̄oi sermone possit rephendere?
atq̄ his nimir̄ rōnib⁹, dolorē n̄m leniri cōueniebat, etiā
si mors totū hoīem tolleret, neq̄ qcq̄ n̄ri post funus su
peresset. Nūc si saltē hoc credimus, de q̄ nihil addubita
uit Socrates ille Platonius, uidelicet hoīem ip̄m animū
esse, corpus hoc nihil aliud esse, q̄ anī uel organū, uel do
miciliū, aut ut uerius dicā, sepulchrū & carcerē, unde cū
emerferit, tū demū sui iuris esse, multoq̄ q̄ antea foelici
us uiuere, qd̄ est qd̄ mortē incusemus, q̄nquidē usq̄ adeo
nō perit ille q̄ morit̄, ut tū deniq̄ nasci uideat̄ potius. Et

28.

nobis aīo frui licet, qđ oculis nō cernimus, nihilo secius
q̄ amicis absentibus cogitatione frui solemus. Et haud
scio, an aliquanto suauius, q̄ si eos corā oculis cōspicere
mus, p̄pterea qđ corporis cōiūctus, nō raro nobis offen-
sarū materiā cōsueuerit mistrare, & consuetudis assidui-
tas, amicitiae iucunditatē nō nihil iminuere. Eius rei si de-
syderas exemplū, an non sat argumento sunt Aplī, q̄ tū-
demū uere frui Ch̄ro, uereq̄ amare cōeperunt, posteaq̄
illis corpea praesentia fuisset adempta? Sic ē profecto bo-
norū amicitia, aīorū nō corporū coniūctione cōstat. Qui
uere amant, aīos amant, non corpa. At aīorū copulam,
nulla uis, nulla temporū, nulla locorū intercapedo pōt di-
rimere. Porro nimis q̄ puerile est, amicū iam perisse pu-
tare, simulatq̄ sub oculis esse desierit. Tu q̄tēs libebit, fi-
liū tibi cogitatioe, sermonibusq̄ praesentē reddes, ille ui-
cissim tui memierit, sentitq̄ penitus anī tui affectus, nō-
nunq̄ & in somnis occurfabit p̄ri, & arcanis q̄busdā ani-
mus utriusq̄ sese cōplectentē & cōfabulabunt. Quid autē
prohibet, q̄ minus iam nūc imaginē cū illo te uiuere,
q̄ cum paulo post es uicturus? Quantulum em̄ est hoc
omne qđ uiuimus? Sed haecenus ijs remedijs sum usus,
q̄bum cum Ethnico q̄libet agere poterā. Nunc qđ pie-
tas, quid Christiana fides, a nobis impetrare debeat, pau-
cis cōsyderemus. Iam primū si maxime misera mors eēt,
tū oportebat boni consulere, qđ nulla uia corrigi pote-
rat. Rursum si totum extingueret hoīem, aequius tū fe-
rēda, quod tot huius uitae calamitatibus finem imponat.
Porro si animū originis aetherae, graui corpis ergastulo
liberat, propemodum etiam gratulandum ijs, qui e uita
decesserint, & in foelicem illam libertatē postliminio re-

21. 0

dierint. Nunc uero cum haud dubie pias animas ex huius uitae procellis, ad immortalitatis portum transmittat, ac ne pilum quidem hominis perimat, quippe corporibus quibus ad immortalitatem aliquando reuocandis, utrum quaeso lugere, an magis gratulari conueniat ei, quem ex hoc turbulentissimo uitae pelago, in tranquillam illam immortalitatis stationem, mors matura transuexerit? Age paulisper huius uitae (si modo uita est appellanda) fordes, erunas, pericula in unum cogere, rursus e diuerso eius uitae comoda, quae pios hinc ereptos manere componere, & facile uidebis, hoc homini nihil esse iniustius, qui summum bonum, ad quod unum nati, conditi que sumus, proinde quasi maximum malum deploret. Orbem te clamitas, cum filium caelo genueris, cuius ceu numis cuiusdam memoriae, ut sacrosanctam uenerari possis, quae coelitus tui curam agens, res tuas ceu dexter aliquis deus, bene fortunare ualeat. Neque enim ille, aut non sentit res mortalium, aut solitam in praesentem pietatem, una cum corpore deposuit. Uiuat profecto, mihi crede, uiuat ille, adestque praesens nobis, & hoc ipsum nostrum colloquium audit, sentitque ac fortassis hunc ipsum luctum nostrum ridet ac dat. Quod ni corporum horum moles obsisteret, fortassis & audiremus eum lachrymas nostras homini dictis increpantem. Quid istuc est quod agitis? Quid senectutem uestram inutili, ne dicam amentium luctu consumicatis? Quid iniquissimis quae rimonijs, fatum, fortunam, mortem in ius trahitis? An mihi ex istius uitae malis exempto, & in hac foelicitate euecto inuidetis? Sed bona uerba. Non inuidet nec paterna pietas, nec amicitiae candor. Verum quid aliud sibi uult ista conploratio? An lachrymis dignum censetis, quod e seruitute in libertatem, de erunis ad foelicitatem, de caligine in lucem, de periculis in tutum, de morte ad uitam, de morbis ad immortalitatem, de tot malis ad summum bonum

num, de caducis ad eterna, de terrenis ad coelestia, denique
quod ab hominum colluuium ad angelorum contubernium sum tradu-
ctus. Iam appello uestros istos animos. Quaeso pro uestra
in me pietate, Si uobis esset in manu, me ad istam reuocare
uitam, num essetis reuocaturi? At quo tandem flagitio tam
odiu commerui? Si reuocare nolitis, quorsum attinet istae quere-
lae, non solum inutiles, ut dixi, uerum etiam impiae? Porro nisi
me immortalitas iam dudum omnis doloris expertem reddidisset,
ego uicissim uestras istas lachrymas, alijs lachrymis deflerem,
& tam crassam animi uestri caliginem commiserarer. At nostram
ipsorum uicem deploramus, inquitis. Verum istuc sane haud
amatum est, sed ad sese respicientium, & uel alieno incom-
modo suis rebus consulere uolentium. Sed age quid tandem istuc
iacturae est, quod mea mors uobis attulit, an quod conspectu
meo frui non licet? Atque nihilo secius, iterum memoria nostri
frui licet, tanto quidem foelicius, quanto tutius. Nam existima-
te me malis omnibus praereptum, quaecumque in uita hominum possunt
accidere, & quibus magnam partem uestra uiuacitas expta est. Non
est qui uobis obsequium exhibeat, sed est qui apud deum
Opt. Max. pro uestra salute prouidum agat, ut sedulum, ita
& efficacem. Denique quantum hoc momenti est, quod nostram
dirimet consuetudinem? Vos modo pro uestra uirili date operam,
ut pie pacta uitae fabula, mors dignos reprobos, qui huc tra-
ducamini. Haec, inquam, si nobis loqueretur filius, nonne meri-
to nostri luctus nos pudefceret? His ferme rationibus, animi
mei uulnus lenire soleo, quae tibi comitia facere uolui, non quod
his remedijs magnope egeres, sed arbitratus sum congru-
ere, ut qui cum mihi luctus esset comis, cum eodem & consolatio-
nem comitaretur. Caeterum ut quae fusius dissertata sunt, in epilo-
gum contraham, hoc pacto efferuescentem animi tui dolorem

H

21. 0
coercebis. ¶ Mortuus est filius, Genueras mortalē. Tā
to bono priuatus sum, Reddidisti ei qui gratis dederat.
Grauis orbitas, Leuius ferendū, qđ aliq̄ sarciri p̄t. Patrē
destituit, Quid p̄dest flere, qđ mutari non p̄t? Aut cur
anxie deplores, qđ tibi cū tot hoīm milibus cōe est? Sed
interitū filij nō possum nō flere, Quiduis potius q̄ perit,
qui bñ morit̄. At accubuit imatura morte, Nulla mors
nō matura recte moriēti. Añ diē uiuere desijt. Nilis cui
q̄ certus mortis dies. In ipso æui flore extictus est, Tum
optimū est mori, cū uiuere est suauissimū. Obijt adoles-
cēs, Hoc pluribus uitæ malis subductus ē. Optimū ami-
si filiū, Gaude quod talē habueris. Innocēs e uita decessit.
Nulla mors magis optāda, minusq̄ deplorāda. Sed ite-
rim filio frui nō licet, At animo licet, & mox ipso totus
toto fruer̄. Sigđ nouisti recti⁹ istis, cādidus impti. Si nō,
his utere mecū. Ac bñ uale, qđ quidē uult etiā ipse filius.

¶ Finis declamationis de morte, au-
ctore D. Erasmo Roterodamo.

¶ Ad egregium & præstantem dñm, D. Martinum Oed
Kempensem, sacri pontificij iuris doctorem, Officialem Colo-
niensem, non minus iustitiæ, q̄ iuris consultissimū, vnicū p̄pe
apud Colonienses, doctore vīroꝝ patronū atq̄ amicū, Her-
manni Buschij Paliphili Cōmendatio pacis, quæ ex cōtraria
belli vituperatione elicit̄. Qđ quā sit diuinæ clementiæ ingra-
tum, non dubitabit (reor) quisq̄ Deum nō, nisi conditis vbi-
q̄ armis, & pacato prius genere humano, hoīem assumere, &
saluare voluisse consyderet, Qđq̄ eo iam nato, euangelizan-
tibus mox angelis, pax velut cœleste donum, annunciata ē,
in terris hoībus tm̄ bonæ voluntatis, Vnde caueant illi, qui
a bellis nuncq̄ quiescere nunc, aut ferari p̄nt, ne nō bonæ ipi,
sed pueris, & Deo inimicæ voluntatis, eisdem illis sacris an-
gelis restibus, reuincant̄.

ENCOMION PACIS, PRO STRENA,

30

Regia res bellum, proceres, quibus esse uides,
Accipite hec, fas est si modo uera loqui,
Est rabies bellum, superans genus omne ferarum,
Extinguens pueros, inualidosque senes,
Asperius tanto, magis & crudele, quibusque
Sunt quanto innocui, pacificique, magis,
Eripiens sanctum, dulci cum luce, pudorem
Matronis, uiduis, uirginibusque sacris,
Pregnanteis fodiens uteros, & matris ab aluo
Infantis rapti, uiscera uiua secans,
Sanguine pinguescens, & cedibus omnia complens,
Exitiumque agris, agricolisque ferens,
Fulmine, & horrendis, prosternens oppida, faxis
Igne arces, uillas, horrea capta cremans,
Presbyteros mactans, ante ipsa altaria diuum
Sacrilega calices corripiente manu,
Diluuium, fera tempestas, furialis erynnis,
Turbo rapax, cuncti dira procella soli,
Prædam abigens, longos hominum, pecudumque labores,
Æs, aurum, uesteis, uasa, penumque, trahens,
Captiuos populos, captiua armenta coercens,
Lanigeros rapiens, fetigerosque greges,
Perque uias passim, lethata cadauera, linquens
Vnguibus obscœnis, & lanianda feris,
Iusticiam, pacemque piam, toto orbe relegans
Vim, latrocinium, pernitiemque serens,
Quacumque ingreditur, fuga, desperatio, luctus,
Terrores, gemitus, classica seua, premunt,
Mœret ager, mœrent abductis arua colonis,
Mœrent semirutis, oppida strata, casis,

H ij

21
Hic spoliat natos patribus, natisq; parenteis,
Hic orbat fratres, unanimeisq; furor,
Nec ponto parcens, turrita classe, per altum
Euolat, in scopulos sponte, hyemesq; ruens,
Quocunq; aspicias, mille argumenta doloris
Cernas, & lachrymis, omnia mixta, malis
Scilicet ex rapto semper, prædaq; recenti
Viuerem, rem claram, magnificamq; putans,
Quod si præclaræ est, faciunt præclara leones,
Villosiq; ursi, carniuoriq; lupi.
Quum data sit nobis ratio diuinitus alma,
Et proprie indomitis, sic furor ipse, feris.
Quid dubitem? quæ sunt tantor; causa furor;,
Non nos, sed crudas bella decere feras.
Plus inquam, infausti, feralia monstra, barathri
Bella decent, hominum pax decet æqua genus.

¶ In Turbatores pacis.

Quid iuuat armari, rapidas in bella cohorteis?
Marte quid infano uertere cuncta iuuat?
Si pietas est grata Deo, Bellona Gradituro,
Si fas hinc Christus, Mars amat inde nefas,
Si Christus uitæ est, nobis largitor, & auctor,
Contra, si miseræ, Mars homicida, necis,
Si Mars est stygij, lupus insatiabilis, orci,
Christus at ipse Deus, progeniesq; Dei.
Qui sequeris Christum, stygij qui iussa tyranni
Respuis, & nomen Christicolæ inde capis.
Quur igitur pacis, quam Christus præcipit, hostis,
Detestata illi, bella pianda, geris?

¶ Arma & gladij, in via peruersi, Prouerbior; zz.

31

AD GENEROSVM DOMINVM, D.
Hermannum nouæ Aquilæ comitem, Hermāni Buschi bellī
μῶμος, ex commendatione pacis κατ' ἀντίφρασην eliciendus,
pro STRENA.

Hinc libet ordiri placidæ præconia pacis,
Vos docili uersus suscipite aure meos.
Candida pax, belli tanto est præstantior armis,
Quanto, intempesta nocte, serena dies,
Gratius & quanto, gelidæ uer frigore brumæ
Hyberna quanto, messis aprica, niue.
Tabifico melior quanto, medicina, ueneno,
Morte salus, lachrymis gaudia, tuta metu,
Diuitiæ erumnis, libertas carcere, uirtus,
Crimine, funestis, ocia læta, malis,
Antestat tantum, misero pax prospera bello.
Hinc qui dissentit, nil rōnis habet.
Omnia pace nitent, seu spectes oppida circum,
Seu syluas, campos, pascua, rura, lacus,
Hic seges, excultis, herbescens exilit, agris,
Hic carpunt pingues, pascua læta, boues.
Illic frugiferis, florent pomaria, ramis,
Hic uarias effert, Dædalus hortus, opes.
Hic uiolæ blanditur odos, hic alba relucet
Lilia, pestunas, hic olet aura, rosas.
Illic lasciuui ludunt, cum matribus, agni,
Plenaq; fellantes ubera lacte trahunt.
Nec procul hinc, teneris decertant frontibus œdi,
Dum simæ tondent, arbuta rara, capræ.
Splendet ager, splendent operosis arua colonis,
Splendent omnimodis, oppida læta, bonis.
Impavidus ualido glebam proscindit aratro
Rusticus, aut facileis carmine mulcet oueis,
A duehit externas, peregrinus nauita, merces,
Impiger amoto dum nihil hoste timet.
Venator canibus, calamis & retibus auceps,
Piscator lucrum, tutus, ab amne petit.
Inde fit ut passim, secura excurrat in urbem,

H iij

21

Rustica quæ, pages, turba sub urbe colit,
Multaq; differtæ, præditia commoda, uillæ
Adferat urbanis, suppeditetq; uiris,
Lac niueum, grandæis pullos, tenerisq; columbas,
Et cum gallinis, oua rotunda, suis,
Huc capus gallusq; uigil, iunonius ales
Commeat, huc cycnus palmipes, anser, anas,
Nec rhodiæ desunt hic, numidicæq; uolucres,
Seu quascūq; capit pastio cortis, aueis,
Caseus & butyræ, cum cæris aurea mella,
Ficus, iuglandæis, carica, pruna, nuces,
Castaneæ hirsutæ, botri, autumnalia poma,
Et cum maturis, mitis oliua pyris,
Et porci sacres, agnicq; œdicq; petulci
Et lepus, & plumæ uersicoloris aues,
Sunt præsto, & quicquid tellus, aerq; ministrat
Vndaq; piscoso, sollicitata, sinu,
Hordea, far, triticum, zean, pax sedula donat,
Pax cicer, & pisas, pax colit alma, fabas,
Pax est frumenti, uinicq; oleicq; creatrix,
Pax est armenti cura, decusq; gregis,
Pax est hortoræ, pax culti gloria ruris,
Pax monteis, fluuios, paxq; serenat agros,
Pax floret studijs, pax est stipata camenis,
Pax ludis, scænis, caminibusq; strepit,
Pax iuris, pax est legum tutela sacraræ,
Pax sol terraræ, deliciaq; simul,
Quocūque aspicias, simplex, hylarisq; uoluptas,
Ludit & aurato, Copia blanda, sinu,
Pax gaudens plenis, agit conuiuia, mensis,
Pax ridet, festos, ducit amica, choros,
Pax iuueni tradit, pactam cum dote puellam,
Pax socero generæ, dat socruicq; nuræ,
Pax odit pugnas, pax odit candida rixas,
Pax studijs animos, foederibusq; ligat,
Pax sceleris pura est, pax belli, & sanguinis expers,
Pax sacra, pax aras, non rigida arma probat,

32.

Pax amor est, rex foelix concordia, pax est
Pax, pietas, scitum, lex, placitumq; dei est,
Pax nectar, pax ambrosia est, pax una triumphos
Exuperat cunctos, nec sine pace bonum.

τέλθ, υψ) τῶ δειῶ δόξα.

¶ Oda lyrica Hermanni Buschij, qua oem locum, cui literæ displicent,
Inuicem sibi displicere oñdit, quantūlibet alijs voluptatibus amœnum.

Esse q̄ durū est, auct vnde semper
Aegra mēs, istar leporis, vel arcta
Alitis clausæ cauea, repente
Profiluisse,

Lympha pactoli mihi mittat illuc
Aureas late rutilans arenas,
Thus arabs, Sydon tyrio lacernas
Murice tinctas.

Mittat & Ganges elephātis Indi
Cādidos dētes, calamū fragrantē
Pstacus donet, piperisq; largos
Fundat aceruos,

Aestifer Nilus casiam virentem
Promat, Euphrates Syriū liquorē
Addat, Eurotas patrio virentes
Monte colūnas,

Persicus mittat sinus Vniones,
Iaspidas cypri⁹, virides smaragdos,
Bactra, prouentus croceos Timolus
Vina falernus.

Lusitent illic Veneres, salesq;
Naula, sambucæ, citharæ resultent,
Ver tepens illic, redolensq; totum
Purpuret annum,

Meq; concentus volucrū canorus,
Me rosæ stipent, violæq; molles,
Quicquid & florū creat om̄is herba
Quicquid odorū.

Si mihi desit tamen illud vnum,
Cui vigor solum meus acquiescit,
Sceptra si dones, ibi flens gemensq;
Esse reculem,

¶ Quamlibet esse illic, vbi sunt sua præmia, musis
Ingenijsq; suus, non sterilescit honos,
Hæc sapit, hæc oculis, verū decus aspicit, æquis
Quæ nouit doctos, gens adamare, viros.

¶ Errata q̄ in legēdū occurreūt, neq; v̄o i oib⁹ exēplarib⁹ repias, In pri
ma epla lege nram de te fidutiā. A iij. pagia. z. linea. z. eadē moderantē
leges. C pa. z. li. 9. vt hui⁹ vicarij, eadē pa. li. z. 4. nec vinci p̄t. C ij. pa.
1. v̄su a fine t̄tio cōmilitones. C iij. pa. z. li. 5. a fine, Quæ tartarea furia. E
pa. 1. v̄su v̄l̄. In eas rōnē, q̄ntū malorū vitaris, q̄ntū ho. & c. E iij. pa. 1. v̄su
10. cuiq; blan. eadē pa. li. 17. contingit incruē. H iij. li. 12. pestanas rosas,
Si quæ sunt alia, leuiuscula puto, q̄ vt præmonstrari desyderet, qui vel so
lum Aesopum triuerit.

nitans: minus fortes ad
 ueranda aduersa humane
 uirtutis. *Omnes pulchritudo. 11.*
Sed eis adueniente spu sco
 tu augmento diuine agnito
 nis data est constantia etiam
 vincendi huane inuirtute
 persecutiois. *Un alius dnica pro*
missione nunc dicitur. Tu
 uenerit pactus quem ego
 mittam uobis apite spm ue
 ritatis qui a pte procedit a
 le testimoniu phibeat teme
 tuos testimoniu phibeat
 tis quia ab inicio mecu estis.


Non conturbetur cor uestru. 11.
Potandum autem in pntis qd
 dñs spm ueritatis tate me
 tendu esse testatur? tunc de
 mox apite procedit uingit?
 no qua idē sps aliter apite
 pcedit. qua alio mittitur?
 si ideo filius a se eu mitta apite
 diat pcedere. ut aha pris ali
 din esse quam psona designat.

11. te morbe. laudes. Vini gali. cap.
Estote prudentes et uigilate
 moratōibz ante omnia aut mu
 tudm in uobis meo xpi kar
 tatem continua habentes?
 et karitas opit multitudme

*J. Theol. Theol. I
 99. 6.*

83 L 1215





partis quædam.

G

D. ERASMI ROTERODAMI
liber bellissimus, cui titulū prætulit, Quere
la pacis undiqꝫ gentium eiectæ
profligatæqꝫ.

EIVSDEM DECLAMATIO
de morte, in genere consolatorio.

HERMANNI BVSCHII PA
siphili *εγκώμιον* pacis, ad clarissimū uirū D.
Martinū Oed Kempesem, archiepi
Coloniensis officialem.

EIVSDEM ODE LYRICA,
quæ mōstrat omnem locum sibi inuisum, cui
lra displiceant, & si alijs uoluptati-
bus maxime sit insignis,
ac amœnus.

J. Philol. Rec. H. 2